

Lyncker

Ad

L. LXX.

1697







7

19.

NOVÆ  
 EÆQVE UNICÆ  
 NICOL. CHRISTOPH.  
 LYNCKERI, JC.  
 AD  
 L. LXIX.  
 D. PRO SOCIO.  
 SUPPETIÆ.

220.

Ke 3120

JENÆ,  
 apud JOH. BIELKIUM.  
 Literis VVERTHERIANIS.  
 MDCCXCVII



UNIVERSITÄT  
SACHSEN-ANHALT  
LEIPZIG  
BIBLIOTHEK

---

PROF. DR. ...  
...

NU  
CA  
GE  
JOH  
HIE  
CHR  
LUD  
AUG  
JOH  
JOH  
ADA  
FRID





\*

\* \* \* GEORGIO IZMANO

SUIS

IN UTROQUE JURE  
 LECTI<sup>ON</sup>UM PRIVATARUM  
 AUDITORIBUS ACCEPTISSIMIS,  
 NULLO NISI LITERARIO ORDINE  
 LOCATIS,  
 CÆTERUM UNIVERSIS  
 TUM GENERE, TUM VIRTUTE  
 AC DOCTRINA  
 NOBILISSIMIS:  
 DN. DN.

- CASPARO HEIDENREICH FRANCISCO ab  
 ASCHEBERG, Equiti Marc. VVestphal.  
 GEORGIO CHRISTOPHORO ERDMANN  
 de BENCKENDORFF, Equiti Nordgavienf.  
 JOHANNI ACHATIO de BENCKENDORFF, Equiti  
 Nordgavienf.  
 HIERONTMO AMAND BILDERBECK, Lübecenf.  
 CHRISTIANO GEORGIO de BLÜCHER, Equiti  
 Traffca Barg.  
 LUDOVICO BODE, Greussenâ Thuringo.  
 AUGUSTO BOHSE, Hall, Saxoni, Secretario Ducali  
 Sax. VVeiffenfels.  
 JOHANNI JUSTO BRAUN, Mœno-Franco-  
 furtano.  
 JOHANNI BREUER, Leutschovienfi Hungaro.  
 ADAM MARTINO BRÜCKNER, Sangerhusano  
 Thuring.  
 FRIDERICO HENRICO BURMEISTER, Suerino-  
 Mecklenburgico.

A z

JO-





(o)

JOHANNI GEORGIO von CALM, Brunsvicensi.  
 JOHANNI CHRISTOPHORO de CARLOVVIZ  
 Equiti Varisco.  
 GERHARDO JOHANNI CONRADI, Curland  
 Libaviensi.  
 JOH. THEODORO DELSTERHAUS, VVestphalo.  
 CASPARO DODT, Buxtehuda Bremensi.  
 JOHANNI MARTINO DÜRR, Bonfideliensi.  
 FRIDERICO VVILHELMO RETS de EISENBERG  
 Equiti Thuringo.  
 HIERONIMO PETRO EMMEL, Moeno  
 Francofurtano.  
 FRIDERICO HENRICO FERGE, Got  
 Thuringo.  
 FRIDERICO ADOLPHO FINX, Lüneburgico.  
 BALTHASARI ERDMANN de FRANCKEN, Equi  
 Siles. Super.  
 JOHANNI VVILHELMO de FRANCKEN, Equi  
 Siles. Super.  
 CONRADO GEORGIO FRANZKE, Mecklenbur  
 gico.  
 JOHANNI FRENZEL, Lipsiensi.  
 JEREMIAE RUDOLPHO GRAFE, Erfurtino.  
 PETRO ANDREAË HECKER, Lübecensi.  
 GEORGIO LUDOVICO HANDYVERCK, Han  
 vicensi, J. U. Doctorando.  
 JOHANNI GEORGIO HANN, Lipsiensi.  
 JOH. GEORGIO HASELHUN, Zittâ Lusato.  
 JOHANNI FRIDERICO HERTEL, Jenensi.  
 GERMANO VVOLFFGANG HÖFLICH, Baruti  
 Franco.  
 JOHANNI CHRISTOPHORO HOFMANN, Jenensi.  
 JOHANNI GEORGIO HOFMANN, Jenensi.  
 CHRISTIANO ANTONIO HVDEMANN, Oevel  
 Oldenburg.  
 NICOLAO BARTHOLD KASPELHERR, Lü  
 beckâ Mindensi.



- DANIELI KLEIN, Nordlingensi.  
 ACHATIO KÖHLER, Onoldo Franco, Phil. Mag.  
 THOMÆ KRECHTER, Revaliâ Livono.  
 WILHELMO SIGEMVND KRVSCHKE, Lignitiâ  
 Silesio.  
 SEBASTIANO von der LIETH, Equiti Bremenfi.  
 MAGNO LIND, Gothoburgo Sveco.  
 HENRICO MERCKEL, Schmalcald. Franco.  
 HENRICO METZINGK, Croppenstadio Halberstad.  
 ADRIANO MEIER, Embda Frisio.  
 JOHANNI FRIDERICO MICHAELIS, Franco.  
 CHRISTIANO NEVMANN, Stetinenfi Pomerano.  
 JOH. SIGMVND de NOSTIZ, Equiti Marchico.  
 CHRISTOPHORO PEZOLD, Cizenf.  
 JACOBO SIEGMVND O PFINZING, Noribergensi.  
 MAVRITIO FRIDERICO de POSERN, Equiti Variſca.  
 JOHANNI LVDOVICO PÜRCKL, Ratisbonensi.  
 SEBASTIANO PÜTMANN, Stargardiâ Pomerano.  
 JOHANNI SIGISMVND REISSENLEITER, Sue-  
 baco Franco.  
 JOH. LEONHARDO RICHARD, Osnabrugensi.  
 IOACHIMO ROEDER, Lübecensi.  
 PETRO NICOLAO RODEVVALD, Lüchoviâ Lü-  
 neburgensi.  
 ROHLEDER, Sanderslebiâ-Anhaltino.  
 JOHANNI HENRICO SCHLEPEGRELL, Halberstad.  
 CASPARO CHRISTIANO SCHMID, Eisenacensi.  
 CHRISTIANO SCHMID, Vinariensi.  
 JACOBO SCHMIDT, Falckoburgensi-Neomarchico.  
 JOH. MICHAELI SCHMID, Hartislebiâ Thuringo.  
 WILHELMO ERNESTO SCHMID, Vinariensi.  
 JOHANNI SCHVVBABE, Revaliâ Livono.  
 GEORGIO FRIDERICO SEIZ, Tonna Thuringo.  
 LVDOVICO RVDOLPHO SENFFET à PILSACH,  
 Equiti Hasso.  
 HENRICO CHRISTOPHORO SPIZNASE, Equiti  
 Thuringo.



- FRIDERICO HENRICO à STEIN, Equiti Varifco
- IO. IOACHIMO STORREN, Hildeffenfi Saxoni.
- HERMANNO DIETERICO STORREN, Hildeffenfi
- ANTONIO FRIDERICO SUDEN, Mengeringhuf
- VValdecco.
- CHRISTOPHORO FRIDERICO de TETTA
- Equiti Mifnico.
- IO. CHRISTOPHORO TIEFFENBACH, Berolinen
- HARTVVIGIO TÖBING, Nobili Lüneburgico.
- IOHANNI PHILIPPO TREVNER, Phil. M. Fac.
- Philof. Adjuncto.
- IOHANNI TÜRCK, Nobili Hungaro.
- IOHANNI PHILIPPO UFFENBACH, Mceno Franco
- J. U. Doctorando.
- BERNHARDO de VVINCKE, Nobili Osnabrug
- VVestphalo.
- GOTTLIEB VOIGTIO, Vinar. Thuringo.
- BALTHASARI HERMANNO VOSS, Mindenfi.
- MARTINO VVIENZECK, Plesna Silefio.
- SIGISMUNDO VVIENZECK, Plesná Silefio.
- THEODORO VVOLFF, Schlaizá Varifco.

AMORIS  
 AC BENEVOLENTIÆ  
 SVÆ  
 PIGNVS  
 SIMVL AC  
 INDUSTRIÆ IPSORVM  
 ET  
 PERSEVERANTIÆ  
 TESTIMONIVM  
 SINGVLARE  
 IN PVBLICVM  
 SISTIT  
 AVCTOR.

CA







CAPUT I.

Fluctus Auctorum, & causa eorum.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Jac. Cujacii, &amp; A. Fabri<br/>titubatio.</p> <p>2. Persuasio <i>Bakelmanni</i>.<br/><i>Inertia Regneri</i>.</p> <p>3. Neminem omnium intellexisse Legem; quæ tamen intelligi debeat, &amp; nunc possit etiam.</p> <p>4. Quænam sint difficultates in facto, ut videtur,</p> | <p>quæ nullus omnino expeditur.</p> <p>5. Quænam in remedio actionis inde elicitio;</p> <p>6. Cum primis ex vendito, ob epulas.</p> <p>7. Et quare non ob has pro socio agatur?</p> <p>8. Nil equidem nunc amplius in his difficile, sed plana esse omnia.</p> |
|--|--|

I.

**M**emorabilis est JACOBI CUJACII candor & modestia, quando in *Libr. IV. Observ. c. 17.* *A quò tempore, ait, Juri Civili operam dare cœpi, nulla*



me Lex diutius torset, quàm L. Cùm societas. 69. D. pro socio. nec planè etiam nunc ausim dicere, eam à me Legem intelligi. See Antonius Faber, in Lib. V. Conjecturar. c. 4. Ego verò, etsi tantum mihi, inquit, non tribuo, ut facilia esse putem, quæ Ille difficilia arbitratur: illud tamen ausim dicere, possit quid excogitari, quod & probabilius sit, & ad mentem Ulpiani accommodatus.

2. Et tamen, ubi Cujacius suæ expositioni, cui tandem immorari cogitur, fides ipse non habet; Faber autem probabilius quid se excogitasse, nec tamen omninò probabile, opinatur: vix dici potest, uter sibi melius hæc in re prospexerit, an Bækelmanus? in Commentar. ad Pandect. Tit. pro socio. §. 17. (& qui Doctorem suum sequitur, Eckius in VII. Legib. Pandectar. damnatis, c. 5.) quando: nullam difficultatem esse in re, scribit, quæ Viris gravissimis visa sit difficillima: an Regnerus? dum: difficile esse nugas, & de nominibus actionum esse putat, quæ nullum usum habeant. Nam b. manus submittit, & non cupit Ulpianum intelligere, quem non potest. Iste verò cum Ulpianum à se intellectum præ aliis



vult, eundem omnium minimè intellexit.

3. Quando autem hîc de *nominibus* non agitur, nec ad *nugas* rejiciendum est, quod servare posteris necessarium arbitrati sunt, qui Digestorum Libros concinnarunt: ceu nec animum despondere oportet, ut non intelligi posse videri queat, quod ipsos *Pandectarum Auctores* intellexisse oportuit: omninò pretium erit operæ, si quis *Textui* illi, *unico* scilicet, qui *Cujacium ad incitas* *redegit*, suppetias ferat; ita, ut cum eundem neque Ipse, nec post eum, ad hæc usque nostra tempora, quisquam intellexerit, nunc quidem illum satis intellectum omnes fateantur.

4. Ut verò constet, quid causæ habuerint, quotquot illum intuiti sunt, omnè abjiciendi fiduciam: videamus, age, quænam ferè locum hunc famosum difficultates urgeant. Textus hic est: *ULPIANUS*, Lib. 32. ad *Edictum*. *Cum societas ad emendum coiretur, & conveniret, ut unus reliquis nundinas, i. e. epulas, præstaret, eosque à negotio dimitteret, si eas eis non solverit, & pro socio & ex vendito cum eo agendum est.* Heic



*difficile* est, quomodo si unus ille præstet epulas, dimittat tamen, & in quem finem reliquos à negotio: & si dimittit, quomodo epulas dimissis præstet? si non præstet, quomodo eos vel retineat, vel dimittat à negotio? si non dimittat, & præstet epulas, vel non præstet, & dimittat eos, an & quomodo teneatur? quidnam sit negotii, à quo ipso dimittere promisit, si epulas illis præstaret? & quoniam tunc ad emendum societas? si illi à negotio dimittantur.

5. Nunc verò, ubi non præstitit epulas, quomodo pro socio teneri queat, illis à negotio dimissis? cum primis qui societas non tenet Legem in hoc, dum eos dimittit, servaverit; & tamen sic nulla iterum est societas? Quomodo deinde actio pro socio datur; & tamen solum de epulis quaritur non præstitis: de quibus & cum uno illorum solum agendum sit. Quid etiam vendidisse potuerit illis unus, qui non præstitit epulas, ut iisdem ex vendito teneatur? an verò ex societate ad emendum dari queat actio ex vendito; & detur omnibus illis, quibus non præstitæ sunt epulæ? quin potius una & sola danda videbatur actio pro socio.

6. Imò



6. Imò si ad epulas respiciendum sit; de quibus sanè quæritur: quâ ratione cum uno illò agi possit ex vendito, tanquam cum eo, qui non solverit epulas: an epulæ haberi queant pretium & numerata pecunia, pro re venditâ: & quidnam pro epulis uni illi cæteros socios vendidisse quis putet? annon unicè ex empto illis obstrictus haberi posset; nam ille emptor est, quiolvere debuisse dicitur: aut num ideò ex vendito, ut pretium unus ille cæteris pro mercibus coëmptis præstaret. Enimverò de epulis tantùm non præstitis quæritur: has non præstat in pretium, aut vicem ejus, de quò etiam non convenit; imò dum præstat, dimittit eos à negotio, qui hòc pacto ipsi obstricti videri possunt; & tamen ille dicitur teneri ex vendito.

7. Ulteriùs: Cùm pactum hoc adjectum sit societati, cur non ex solâ societate agitur? sic enim alia Jura præcipiunt. Imò an ipsi reliqui sunt illi, qui cum unò eò, qui non præstitit epulas, agunt actione pro socio & simul actione ex venditò? an solùm alterutrà earum; idque ob non præstitas epulas? an unâ istarum actionum ob epulas non solutas?



11 CAPUT II.   
 lutas? alterâ ob societatem ad emendum  
 an verò tertius aget cum unô illô; & an  
 solus actione ex venditô, à quo scilicet iste  
 nomine cæterorum emerit? ut reliqui so-  
 lùm actione pro socio illum convenire poss-  
 sint, ob epulas & alia ex conventionem non  
 præstita. Et si quæ plura fortassis moveri  
 possunt, difficultatum argumenta.

8. Quæ quidem, sive jam adducta, sive  
 quæ adduci à quoquam alio potuerunt,  
 non ea esse possunt amplius, quæ respicere  
 imposterum debeamus: cum expeditam  
 habeamus rationem, Auditorio nostro pri-  
 dem ostensam, quâ succurrere liceat omni-  
 bus, quotquot hæctenus in hæc palæstrâ de-  
 sudarunt.

## CAPUT II.

Nil esse immutandum in  
 Textu quoad epulas, aut *vun-*  
*dinas.*

- |  |  |   |
|--|--|---|
| <p>1. Textibus Juris injicere<br/>         manum Criticam haud<br/>         unquam licere.</p> |  | <p>esse ab his, qui juriura<br/>         imperiti sunt.</p>                                       |
| <p>2. Periculum inde majus</p>   |  | <p>3. Talem se non videri vel-<br/>         le <i>Salmasium</i>: quin imò<br/>         primum</p> |



primum, qui invenerit, quod *Fornerius* jam attulerat.

4. Nec tamen cum his *empolas* legi posse; sed retinendum *epulas*, ut *nundinas* notent; frustra ringente inter ceteros *Cujacio*.

5. Obsistere plura, quod minus *empolas*, id est, *merces*, admittamus.

6. Aut *empolas*, quatenus *pretium lucri* denotant.

7. Non s. alius *Salmasio*, ut sibi videtur, *Heraldus*, dum hic planè vocem *epulas* expungit; nec tamen aliud, truncatò planè *textu*, quam *mer-*

*ces*, ut *Salmasius*, relinquit.

8. Nullum Codicem his succurrere: nullum non antiquam MSC. eodem modò textum exprime-re. Hinc vanum quoque esse *Hugonem Grotium*, in *Illidianis epulis*; qui tamen nil quicquam liturà suà juvet Interpretet.

9. Recentius *Libri Taboriani* mendam, pro *nil est*, *idem* substituentis, facile sperni.

10. Non tantùm hæc non imminuere ea, quæ textum reddunt difficilem; sed & augere ea, & imò rem planè pervertere.

I.

**E**quidem nec opus est, nec fas habetur, textum Florentinum in *l. 69. D. pro Socio*. temerare, ut sensum inde verum assequamur. Nec enim hoc est interpretari legem; sed supponere, quæ nec *Ulpiani* sunt, nec *Justinianus* in Pandectarum Leges recepit. Sollicitent Codices suos Manuscriptos Critici, & confugiant ad variantem lectionem, quam à se repertam in Membranis, alibi fortè mendis plus satis  
Ica-



scatentibus, aut verè lætantur, aut sæpè et gra-  
 iam sinè teste jactabundi fingunt. His enim ut  
 quidvis promere licet, ut Auctoribus com- teg  
 modum, si non verum, sensum fœnerentur eò,  
 Ast sacra Jurium attrectare, manumque Im- cip  
 peratoriam suò nutu arbitriòve ducere vel Jur  
 le: hoc impium, & in rem publicam no qu  
 xium, Jurisque disciplinâ indignum est. der

2. Et ferendum tamen foret, si tantum del  
 Juris Consultos, qui soli mentem Legisla Gr  
 toris venari tutò & assequi possunt, (salmi ste  
 metuendum non est, ut hi, sive immutatis stu  
 sive emendatis verbis Textuum, alienum dit  
 simul à Juris analogiâ sensum allaturi sint,  
 in eò censu reperiremus. ne

3. Jam verò *Salmasius* etiam, in *Obser* pro  
 suis *ad Jus Atticum, c.V. p.158. seq.* (nisi hum mu  
 etiam Consultis Juris, quibuscum Ille aliâ int  
 quoque argumenta Legalia inglorius disce qu  
 ptavit, inferendum esse quis autumet,) not eti  
 accersitus, opem suam ad *d. l. 69.* porriger far  
 Interpretibus, in Textu scilicet difficillimo & l  
 & desperatò, non verecundatur. Nimi hic  
 rum ille solus fuerat & primus, (hoc vulg gu  
 & voluisse aliter, industriam novam profes Ci  
 sus, non potuit,) qui ex machinâ advolabat sal  
 gra



è gratissimi remedii Inventor: quò textum;  
 nit ut sanari posset, (validissimum tamen & in-  
 om tegerrimæ sanitatis,) fauciaret: quando in  
 utur eò, pro *epulas, empolas*, legendum esse præ-  
 Incipit; nisi verò, dudum ante Salmasium, è  
 ve Juris Consultis *Radol. Fornerius III. Rerum*  
 no *quotidianar. c. 18.* idem attulisset: ceu qui-  
 dem in similibus, quæ primo sibi *Salmasius*  
 tùm deberi frustrà cupiebat, Eundem *Jo. Frider.*  
 isla *Gronovius*, in acerbâ illâ, *Diatr. suæ de Se-*  
 tin *steritiis* subjunctâ, de *Salmasii* moribus ac  
 tati studiis, ad *Clementium* Epistolâ, deprehen-  
 dit.

4. Et admittere tamen lectionem illam  
 ne quidè possunt hi, qui in Lectiones varias  
 Ter) proni sunt. Ecquis enim crederet? *Ulpia-*  
 um *num* voci Latinæ Græcam daturum fuisse  
 aliâ interpretem, hoc modò; *nundinas*, i. e.  
 sce *ἠμπολας*: & obscuriorem quoque multò,  
 no etiam in Græcò Idiomate, vocem: quæ &  
 ger farcinam seu onus notat, & negotiationem,  
 im & lucrum negotiationis, & collectionem.  
 im lucri, & ipsas merces, quibus *nundinæ* a-  
 vul guntur; sed nullibi, ne in Romanâ quidem  
 fef Civitate, *nundinas* notat: in quâ tamen,  
 ba saltim quoad hanc, quam *socii d. l. 69.* inie-  
 gra rant,



rant, conventionem, per *nundinas* potuisse  
 intelligi, & intellectas fuisse, *epulas*, ceu in  
 dubium, in factò supponit *Ulpianus*; quic  
 quid sit, quòd *Cujacius L. IV. Obs. 17. se non*  
*videre*, scribat, *quomodo nundina pro epulis*  
*possint accipi*: (quod tamen vidit, ac vide  
 re potuit *Justinianus*: quia sua fecit in  
 omnia. l. 3. §. 10. C. d. *Vet. jur. encl.*) idque  
 difficile quidem habeat *Wissenbachius*; *Diss.*  
*33. Part. 1. ad Digesta.* cui tamen id omnino  
 satis est. Num enim non facilius dixisset *Ul-*  
*pianus, merces coemptas*: nisi illæ non intelle  
 ctæ, sed *epule* tantum fuissent, per *nund-*  
*inas*, vocem satis in eum sensum usitatam  
 & in factò, licet plura per eam *aliàs* signifi  
 carentur, ita usurpatam: cum primis quòd  
 si solum: *epulas*, in textu, omissis vocibus  
*nundinas, i. e.*, legeretur: nil quicquam *Ul-*  
*piani* Responso ejusque rationi decederet  
 quòd minus justum illud & immutabile ha  
 bendum fuerit.

§. Cum tamen si *empolas*, id est *merces*  
 quibus *nundinae* aguntur, substituas: non  
 appareat, (1.) quâ ratione, postquam socie  
 tas ad emendum inita fuerat, deinde con  
 veni



INTEGRITAS TEXTUS, IN OBJECTO: 17

Veniri denuò potuerit, ut ille unus emer-  
 ret, mercesve cæteris præstaret. (2.) Quam  
 causam habitura fuerit actio ex vendito?  
 cum socii non potuerint cum ipsò vendi-  
 tionem iniisse; neque pars coëmtarum  
 mercium, (esto, quòd solus ille curam de-  
 inde emtionis susceperit,) aliter cæteris,  
 quàm actione pro socio, deberi. Imò præ-  
 stare merces, non est merces vendere;  
 quamvis ex societate præstandæ dici que-  
 rant: at verò hoc non est ex emtione seu  
 per actionem venditi, ab eo qui merces ab  
 illis nec emerat, nec iisdem illas vendide-  
 rat. (3.) Non posset ex pacto illò Socie-  
 tati adjectò dari actio alia, quàm pro socio;  
 & imò si ex intervallò adjectum fuisset, ne  
 illa quidem, multòque minùs aliena peni-  
 tus dari poterat ex vendito actio; quippe  
 quòd & conventio ista, societati adjecta,  
 merces, ut illi volunt, ad societatem spe-  
 stantes, concerneret. (4.) Facilius est,  
 ut *Nundine* id significant, quod tempore  
 Nundinarum extrà negotium præstatur; ut  
 sunt Epulæ nundinales, donum nundi-  
 nale, ipsumque nundinarum tempus:  
 quàm ut merces illà voce designentur. Et

B

num



num etiam nomine nundinarum, extra  
 tempus illarum, merces designabuntur?  
 quod necesse est utique, si ἐμπολαὶ nundi-  
 narum synonymum foret. Ubinam verò  
 tale quid inter Græcos reperitur? Et si  
 illud reperiri non poterit, cur non potius  
 vocem genericam Latinam pro interprete  
 adhibuisset Ulpianus? si vox Græca non spe-  
 cifica fuisset. (5.) Ineptum fuerat, pacto  
 convenire, ut à negotio dimittendi essent,  
 postquam unus ille omnia ipsis præstitisset.  
 Profectò non illi, sed ipse *dimittendus* erat,  
 & ipsos dimitti non demum oportebat, qui  
 iam præstitis præstandis dimissi fuerant.  
 Non dicam (6.) Istos non diluere, quomo-  
 do ex vendito agant cæteri, qui solverunt  
 pretium, emptores scilicet illarum portio-  
 num, quas ipsis ex coëmptis mercibus præ-  
 stari oportuit: & nunquid potius manda-  
 tum & procuratela non fuisset, quâ ille  
 negotium pro cæteris gereret; saltim  
 non fuerit venditio.

6. Propius ALII ad sensum *Textus* se  
 advolutos, esse, ope *Fornorianâ*, opinantur,  
 qui per ἐμπολαὶ non merces interpretan-  
 tur, sed *pretium commodi* ex emptione, ab



unò sociorum susceptâ, sperati. Hoc enim  
 lucrum putant vendidisse istum cæteris, à  
 curâ emendi dimissis; sicut sæpè ex copiâ  
 emptorum augeatur & crescat pretium.  
 Proinde societatem contractam, & lucrum  
 venditum esse. At verò quid actione pro  
 socio opus fuerat, dimissis à societate reli-  
 quis? & num non ita lucri illius una & sola  
 fuerat emptio, ut jactûs retis? nec opus  
 habebat *Ulpianus* in facto supponere, quasi  
 societas adh. duraret: nam Ille cum, ait, coi-  
 retur, & quidem ad emendum: nec debebat  
 ampliùs, postquam dimissi jam fuerant re-  
 liqui, Societatis habere rationem; novò  
 initò & alienò contractu. Nec enim lucri  
 quælibet perceptio, etiam à multis obtenta,  
 licèt incerti, protinùs est societas: & tamen  
 hic præprimis ex societate agendum esse,  
 vult *Ulpianus*; imò super actione ex vendi-  
 to vel maximè responsurus, dubitabat: de  
 quo tamen, ex Istorum facto, nullum fue-  
 rat dubium. Neque congruit expositio  
 illa Deciso *Ulpiani*, qui simul ex facto illò  
 pro socio & ex vendito, (non electivè, unâ  
 illarum actionum vel alterâ,) agendum vo-  
 luit.



7. Quid autem faceret *Heraldus*? quādo emendationem scilicet *Salmasii*, in *Ebib. Animadvers. suar. ad Ipsum*, c. 9. admittere non vult. Expungit sanè *Is. n. 4. pag. 50* penitus vocem: *epulas*. Et tamen non hoc verbum est *Glossatoris* cuiusdam, sed *Ulpiani*; imò *Imperatoria*. Nec potuit non locutus esse Imperator, dum locutus est: potuit locutus esse aliter, si non ita locutus esset. Imò si aliud quàm *epulas*, vel simile quid, *nundina* denotassent, & nunc post *Heraldum* notent: non poterit stare *Responsum Ulpiani*; & novum in *Heraldo* Legislatorem, qui nempe Jura non condant, sed conterat, habebimus. Nec tamen quicquam *Heraldum* juvat ista ejectione. Quid enim melius fuerat, *empulas* cum *Salmasii* reliquisse, si *epulas* concoquere non potuisset; quàm per *Nundinarum* vocem, quod vult *Heraldus*, *merces* intellexisse: quas per *empulas* iste, & cum eo ceteri, *Fornicium* laudantes, plerique intelligunt.

8. Quare cum hic nullos *Codices* adportet *Salmasius*, nec quisquā fingere Librum possit aliquem, post tantam *Jctorum* diligentiam, & pretium paucorum *Exemplarium*



*Pandectarum*, qui aliter legat, quàm *epulas*.  
 (Tanta scilicet in hoc nodò est perveracitas  
 Lectiois, & tanta Legis renitentia!) Idcir-  
 cò *Hugo Grotius*, qui sacra textuum nostro-  
 rum attrahens, non *flores*, sed ausus inanes,  
 sparsit, pro: *nundinas*, id est, *epulas tri-  
 das* seu *quatríduanas epulas*, substituit. Ve-  
 rum sic necesse est, ut Ille *voculas*, id est, eji-  
 ciat. Imò Codices *Pandectarum* origina-  
 rii, quos habemus singulos, non aliter quàm  
*nundinas*, id est, disertè legunt: neque con-  
 jecturam illam, quam & *Salmasius* respuit,  
 d. l. p. 179. cœtus Criticorum probabili-  
 tate aliquâ ornabit; utut *JC*torum non in-  
 terfit; utrum ad *quatrídium nundinæ*, an  
 ad *novendinum* & *ultrà* promissæ fuerint;  
 saltem *H. Grotius* apud Romanos *JC*tos in-  
 ventò suò gratiam inire nullam; (quod nec  
 Ipse cupit fortassis;) cum nec illi possint  
 vel debeant aliud ibi, præter *nundinas*, in-  
 telligere: & omnia illis difficilia per Le-  
 ctionem *Grotianam* remaneant; tantùm  
 quòd *epularum* significatum *Grotius* voci  
*Nundinarum* tribui non potuisse, existi-  
 met.

9. Denique *Tabor*, in *Diss.* quâdam *Hen-*



*rici Meureri, de eo quod inter socios iustum est. c. IV. ad MSC.* quoddam provocat, quod quartum retrò seculum excedere traditur. In eò reperiri: *nundinas idem epulas præstaret; & nundinas præstaret, idem esse putat, ac merces coëmeret, ut reliqui non habuerint ex negotio, dimissi scilicet; indeque iste præstaret nundinas illas seu merces, epulas, & omnem operam: dum reliqui qui merces ei aliquas pro certo pretio commisissent; quod cum ipse non solvisset, illi cum actione ex vendito convenire poterint. l. 13. §. 20. d. A. E. V. junct. l. 74. pro Socio.* Mendum satis antiquum, in eò Codice dice! qui nec seculis secuturis invalescere adversus Codices anteriores poterit: quod non immeritò *authenticos* in hunc usque diem agnoscere oportuit: quique certum nobis & indubium Jus *reconditum* faciunt.

10. Inde statim prodit manum labentem illa scriptio. Nam (1.) adversa est textura sermonis. (2.) Facilius scribere potuisset: *nundinas, item epulas*, nisi maluisset *nundinas idemque epulas*. (3.) Merces hunc præstare vult textus; sed Interpres eum ista



istas à reliquis accipere. (4) Dimittit à negotio, quod illi ne quidem attigerant. Imò (5.) *Ulpianus* solùm disquirit de omissione præstationis *epularum*. (6.) Si ob nundinas non præstitas actione pro socio, & ob non præstitas epulas, actione ex venditò, conveniendum illum unum, respondisse dicas *Ulpianum*: non videtur, cur non potiùs ex vendito, ob nundinas seu merces non præstitas, conveniri debuerit? Quòd si verò nundinas accipias non de omnibus *mercibus* in societate, sed de *quibusdam*: nihilominùs ille unus, ex mente Interpretis, non merces debebat præstare, quod tamen vult textus; sed pretium pro mercibus istis ei commissis; & ad hoc conveniri actione ex vendito. Quid etiam (7.) quòd h. m. dici non possit, num ad merces, num ad epulas non præstitas, in *textu* respiceretur; & quò nomine una vel altera, vel utraque actio, danda sit. Nec ergò *Ulpianus* per *nundinas* diversum quid ab epulis intellexisse videri potuit.



## CAPUT III.

Nil etiam mutandum in  
 verbis : eosque à negotio dimitte  
 et ; nec metathefin in verbis fi  
 nalibus admitti posse.

2. Nomini suo melius prospexisse, qui, textu inoffenso, eum non assecuti fuerint ; quàm quos, eum temerantes, multò tamen majores obruerint errores.
3. Esse Interpretis, retinere & mundinas, i. e. epulas : & eosque à negotio dimitteret.
3. Malè Cujacium legi vellet : ad negotium dimitteret ; eumque secutos, *Timeum* & *Antonium Fabros*, nuperque *Schiliterum*, & jam antè *Arumæum*, iterumque *Salmasium*.
4. Quin & *VVissenbachium*, qui Latinum satis censet *Cujacianum* illud, & quò sensum aliàs diffisilem eluctari liceat.
5. Quomodo dimissioni illi præstationem epularum jungat *Timeus Faber*.
6. Nec non *Arumæus*. Sed *Salmasio* non videri Latinum, illud : ad negotium dimitteret.
7. Et tamen id locutum non esse *Ulpianum*. Quod nec ira dixisse poterit ; multiplici ratione.
8. To præflare etiam istos multum trahere in sensum reprobum.
9. Non melius *Haldredum*, qui legi voluerit : eosque ad negotium dimitteret. Et quantum istud locum habere non possit.
10. Imò ne sic quidem, omnibus licet hisce correctionibus admittis, super



rari posse difficultates  
textui implexas. Hinc  
Freherum ad transpo-  
sitionem verborum fi-  
nalianum se convertisse.  
Quæ tamen nec factio

congruat, neque juris  
rationi conveniens sit;  
de cætero æquè indigna,  
atque cæterorum cor-  
rectio.

I. *Collectio sententiarum*

**S**icut autem hos, qui Ulpianum in  
hac Pericope exponere ausi sunt, ad  
unum omnes Ipsum haudquaquam  
assecutos esse, omninò evincitur: Ita citrà  
dubium minor eos gloria manet impensæ  
operæ, qui manûs textui violentas adhi-  
buère; quos inter non modò illi sunt, quæ  
in verborum: *nundinas, id est, epulas*, im-  
mutatione, eaque variâ, effugium difficul-  
tatum quæsiuere; sed & quibus, admisâ li-  
cèt hac correctione, ne dum tamen reliqua  
Textus in expedito esse visa sunt.

2. Quemadmodum verò non est hæc  
Interpretatio, quæ Textum alium effingit  
ab eo, quem Authenticum exemplar loqui-  
tur. Ita ne quidem Correctionum illarum  
ulla talis est, quæ si non in doctrinam lega-  
lem impingit, saltim reliqua ejusdem Ul-  
piani non unâ destruat, aut multò magis  
rem involvat. Cur enim *Nundinas, i. e.*

B 5

epu-



*epulas*, Ulpiano relinqui oporteat: satis puto evidens est; nec minori fiducia presertim retinemus verba: eosque à negotio dimitteret.

3. Cujacius autem, quia intelligere non posse fatetur, quid sit à negotio dimittere: idcirco legere mavult: ad negotium dimitteret, h. e. ad nundinas ablegaret. Idem sequitur *Timeus Faber*, JC. olim Franckeranus, in c. 17. *Antiqu. Jur.* ut & *Antonius Faber*, & cum illis nuper admodum, in *Exercit. XXIX. §. 18. ad Pandectas* Schilterus; postquam *Arumeum* quoque Cujacii in idem placitum pertraxit auctoritas, atque paria cum illis facit, qui cum nomine paria fecisse vult, *Salmasius*.

4. Equidem *Wissenbachius* Latinè satis dici scribit: ad negotium dimittere; cum idem sit, atque: ad negotium mittere. Quod verò sit: à negotio dimitteret, in tx. Florentino: illud utique difficile esse, cum Cujacius fatetur. Itaque Cujacius, Lectione scilicet immutata, ad negotium dimitteret, idem esse scribit, ac: ad nundinas ablegaret; cumque eò citatus ille *Timeus Faber*.

§. 4. Hic etiam, quia, ait, præstare nundinas



nas, Latinis est, non tantum epulas nundinarias, sed & sumptum reliquum præbere: hinc ille, qui præstare nundinas promisit, a symbolos indemnesque fore cæteros, in se recepisse, eosque tali modo ad nundinas ablegasse, videtur.

6. Eadem series expositionis ap. *Arunzum* extat, *Disp. XII. ad Pandect. lb. 15.* Tres coière socii ad emendum, ut unus præstaret sumptus, non solum epularum, sed & rerum emendarum; & hoc pacto interpositò eos ad negotium dimisit, h. e. ad nundinas ablegavit. *Salmasius* item: *ad negotium*, h. e. *ad negotiandum*, interpretatur; atque scriptas esse addit eò tempore *Pandectas*, quò lingua Latina jam in Italicam desciverit.

7. At verò, cur non *Jctis Pandectarum* lectionem intactam reliquerat *Salmasius*? & quid hoc pacto Latinum magis est, quam *à negotio quem dimittere*. Nimirum frivola est isthæc immutatio: *ad negotium dimitteret*. Nam (1.) in hâc parte conventionis nil quicquam habetur, de præstandâ pecuniâ pro nundinis; imò (2.) nundinas præstare, nullibi est idem, quod pecuniam ad



ad merces dare. (3.) Nundinas ipse textus exponit de *Epulis*; non etiam de negotio seu mercibus negotio comparandis: ne quicquam penitus de negotii præstatione habet; sed de dimissione à negotio. Non etiam (4.) in facti specie dicitur, quòd nundinas eò sensu non præstiterit; sed solùm *se epulas non præstiterit*. (5.) Dicitur à negotio *dimittere* eum debere reliquos, non ad negotium dimittere: & si (6.) finita esset societas; ut innuere videbatur istud *dimittere à negotio*: quâ ratione ad negotium poterunt dici dimissi esse? & quomodo (7.) *ad nundinas*? cum tamen ille *præstare* nundinas debuerit, eosque *à negotio dimittere*; scilicet ab hoc dimittere, quòd ipse præstabat? (8.) Dicitur: *si eas non solverit*, etiam ex vendito agi, i. e. si non solverit *epulas*. Ob hoc enim unice quaeritur, quânam actione agi oporteat. (9.) Si pro epulis & nundinis (seu mercibus nundinariis,) præstandis sumptus se daturum promisit socius: cur cæteri dimitti se passim sunt? ne quidem *pecuniam in epulas* ab ipsò accipiendò.

8. Etenim *præstare*, non est fidem dare



de solvendo seu restituendò; sed h. l. est  
 solvere: *si eas eis non solverit.* (10.) De  
 præstando epulas agitur; non de præsta-  
 tione pecunie pro epulis: aliàs non potuif-  
 set dari actio ex venditò; cùm tamen ipse  
 epulas vendidisset. (11.) Convenit spe-  
 cialiter, ut unus reliquos dimitteret à ne-  
 gotio: qualisnam vero fuerit *societas ad*  
*emendum?* ut unus reliquos dimittat ad  
 negotium seu ad *emtionem.* (12.) Idem  
 qui epulas non præstat, reliquos dimittit.  
 Proinde si non præstat ille, quod conven-  
 tione adjectâ placuit, jam ad societatem  
 dirimendam venit, & ab ipsò pender illa  
 dimissio; non quidem ex ipsâ societate, sed  
 ex promissò *præstationis Epularum.* Quin  
 itaque potiùs intemeratam servemus & in-  
 violabilem *Lectionem Florentinam!*  
 9. Neque verò melius quid suppedi-  
 tant *Norici Codices*; ex quibus *Haloander*:  
*eosque ad negotium admitteret.* Quid e-  
 nim ille unus *admitteret* ad negotium re-  
 liquos, jam tum societati æquè innexos?  
 aut quomodo admitteret ad negotiandum  
 ob societatem? qui ejus rei potestatem  
*præter pactum* habebant. Et quid denique  
 hoc



hoc ad epulas, si illas præstaret, ut tunc ipse  
ad negotium admitteret? non aliter.

19. Quicquid tamen horum sit, & ad  
missis licet omnibus hisce correcturis, non  
tamen usque cessant difficilia illa, quæ Tex-  
tum *Ulpiani* urgent. Quocirca sicut *Cuija-*  
*cius* & cæteri textum corrigunt: ita *Mat-*  
*guardus Freherus Lib. II. Pægey. c. 29. trans-*  
*ponit* verba Textus finalia, hunc in modum  
*Et pro socio, si eas is non solverit, Et ex ven-*  
*dito cum eo agendum est:* ne, inquit, ad hanc  
conditionem utraque actio referri videat-  
tur. Quid autem, quod ad facti hanc  
speciem ipse *Ulpianus* utramque actionem  
retulerit? & num non actionem ex ven-  
dito, ad conventionem hanc super epulis  
Quin & liquidò evinci potest, quàm  
hæc ipsa frivola sit & inanis *Freheri* dispo-  
sicio: quoddamque & menti *Ulpiani*, & im-  
ob hoc ipsi Juris doctrinæ, adversa sit. My-  
steria mera diceres, nec unam *rucim* Le-  
gis illius *Ulpianæ*: nisi verò sensus ejus  
liquidissimus, & plus quàm apertus fo-  
ret.


CA



CAPUT IV.

Florentinum Pandectarum exemplar nullibi corruptum esse.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Geminum esse Florentinum exemplar, Sed Medicum esse, quod respicimus, à Justiniano profectum.</p> <p>2. Hoc ubique sincerum esse, nec corruptum in hoc <i>Tx. L. 69.</i> uti nec in quinque locis illis, quos <i>VVissenbachius</i> sanos esse non posse, opinatus est.</p> | <p>3. Non esse desperatam <i>L. 15. d. Donat.</i></p> <p>4. Non <i>l. 34. §. 4. d. Jur. jurand.</i></p> <p>5. Non etiam <i>l. 9. d. divers. temporal. prescript.</i></p> <p>6. Nec <i>L. 21. §. 2. d. Actionib. Emt. Vend.</i></p> <p>7. Denique sanam esse <i>l. 20. §. 5. Qui Testam. fac. poss.</i></p> |
|---|--|

 *Odicem Medicum* PANDECTARVM (nam & alium quendam Florentinum ad S. Crucis memorat *Laurent. Theod. Gronovius*, in *Emendat. Epistolar. Justiniani de Pandectis*, ad *Antonium Magliabechium*, c. 13. & 20.) ejusve duo Volumina, ab auctoritate *Justiniani* esse; (in quod ipse etiam *Gronovius* c. 11. propender:) ac atate non tantum ejus, sed & jussu conscriptum,



ptum, probabile habent Viri maximæ auctoritatis.

2. Hoc Manuscriptum incomparabile hanc vetusti & sinceri calami memoriam fidemque, has denique sanctissimas Justiniani in Codice aureo reliquias, ut idem Gronovius c. 7., nullibi, (nec etiam in l. 69. pro Socio.) præterquam in quinque locis corruptas esse, credit & ipse Jo. Jacobus Wiffenbachius, I. Diss. XXIII. ad π. n. 8. incredulus ille Antiquitatis Legalis æstimator, qui tot nobis Antinomias relictas voluit: ut cum sæpè locorum difficultium conciliationem apud Alios non reperiatur, neque ope sua rem meliùs juvare possit, ad abjectum istud & indignum Interpretis asyllum Antinomia, & sic incerti juris, confugiat. Fortassis tamen illis quinque Locis & Sextum istius Legis 69. additurus fuerat; si expositioni illi, quam ipse in eam Legem tradidit, acquiescere neminem posse, rescivisset. Uti verò genuina est in d. l. 69. pro Socio. Florentina lectio: ita nec in quinque illis, quæ cum aliis Wiffenbachius atrò carbone, notavit locis, quicquam ejus est quod emendari possit aut debeat.



illa l. 15. d. Donat. l. 34. §. 4. d. Jurejur. l. 9. d. divers. tempor. prescript. l. 21. §. 2. d. A. E. K. §. l. 20. §. 5. qui testam. fac. poss.

3. Nec enim, nisi mutes lectionem, deperata res est (I.) in l. 15. de Donat. licet alibi quoque II. Diff. ad π. n. 10. Wissenbachius, Lectionem Florentinam in eâ l. 15. falsam & ineptam esse, dicat, & cum Haloandro: si pro nisi, substituendum esse, velit. Optimè Marcianus: Post Contractum capitale crimen donationes factæ non valent, ex Constitutione Divorum Severi & Antonini, nisi condemnatio secuta sit (non crimen commissum: nam non potest non sibi qui crimen; sed) donationem. Videlicet condemnatio donationes, utut post crimen, iure factas non irritat. Habet enim rerum suarum administrationem adhuc is, qui in reatu constitutus est: l. 46 §. 6. d. Jure Fisci. nec modò ad hoc, ut solvi ei possit, d. l. §. 41. de solut. verùm etiam aliàs, ut d. l. 46. §. 15. pr. qui §. à quib. manum. & imò ut donare ipse queat. l. 7. d. mort. caus. donat. quòd donatio inter vivos protinùs perfecta sit. (Donatio autem mort. s. ut im-

G

ac



ac testamenta & Legata, per subsecutariam  
 condemnationem removeantur. *d. l. 7.*  
 Unde non solum ea, quæ ante tempus cri-  
 minis, verum & quæ ante proscriptionem  
 (quod non aduertit *Wissebach. d. l.*) a  
 mulierem à marito pervenerint, apud eam  
 firmiter manere debent. *l. 9. pr. C. d. Bonis  
 nis Proscriptor. junct. d. l. 15. pr.* Tan-  
 tum si in Fraudem Fisci probari possit  
 (quod fieri utique debet,) patratum  
 cæt jam crimine, susceptum quid esse, ut  
 de bona diminuerentur: illud non valet  
*d. l. 7. d. mors. c. donat. §. l. 45. pr. d. Juris  
 Fisci.* Quid enim si quis manifestariò de-  
 liquisset? *v. l. 11 §. 12. d. Act. E. Vend.* Quid  
 si certus de poenâ suâ quid Fisco subducat  
 audeat? *d. l. 15. pr. l. 7. §. 2. d. Bonis damnat.  
 l. 8. §. 2. junct. §. 3. d. Manumiss.* Quid item  
 si non tantum in reatu constitutus, verum  
 insuper criminis postulatus sit? *v. l. fin. d.  
 Bonis eorum. d. l. 8. §. 1.*

4. Porrò desperata res non est (II.) in  
 lectionem mutes, in *l. 34. §. 4. d. Juris  
 jurand.* ceu nec mutari quid uspiam de-  
 bet, ad ductum Librorum Basilicorum.  
 Utrique *Gipbanus*, qui in *Syntagm. Feud.*

SIR



*Struonianò XI. 325.* adducitur, stante lectio-  
 ne *Florentinâ*, suppetias ferre non potest.  
 Quî enim de *Juramento Calumnie & Justi-*  
*maneo Lex 34.* intelligi posset? quæ aper-  
 tissimè de juramentò *Calumnie* eò loquitur,  
 quod *Juramenti judicialis antecedanenum*  
 est. Istud enim est *Hoc jusjurandum ca-*  
*lumnie*, de quo modò dixerat *Ulpianus*.  
 (*Lib. 26. ad Edictum.*) De quò & *Idem Ul-*  
*pianus Lib. 10. ad Edictum*: Si Patronus de-  
 ferat Jusjurandum libertæ suæ, deferentem  
 de calumniâ jurare non debere. *l. 16. eòd. tit.*  
*de Jurej.* iterumque ex eòdem *Libro 10.* in  
*l. 7. § 3. d. Obsequ. Parent. & Patron. prest.*  
 Nil itaque ad nos *Giphanius*. Cæterùm  
 nemo rectâ cum ratione asseverare potest,  
 eundem *Ulpianum* in *l. 34.* (ipsisque illis  
*ad Edictum* *Commentariis*,) statuisse, quòd  
 Parentes & Patronos illud idem Juramen-  
 tum subire oporteat, ut illis hoc, eò sensu  
 scilicet, non remittatur: & vicissim aliis lo-  
 cis illor. *Commentariorum* Eundem è dia-  
 metro diversum docuisse. Nos verò, in-  
 temeratum relinquentes textum *Floren-*  
*tinum*, irrefragabiliter *Ulpianum*, ad locum  
*Synagmatis* jam laudati, in *Analect.* pag. 95.



interpretati sumus. Nam licet *remittere* juramentum, vulgari sensu, ipsique *Paulo*, usurpatò, in *l. 8. §. 5. qui satisd. cog.* ubi etiam de *Parentibus & Patris* loquitur, (quamvis de *Juramento calumnie aliò*,) idem sit, quod immunem haberi ab eo præstandò. Tamen nostrum significatum Idem *Ulpianus*, quem nos exponimus, habet in *l. 3. §. 2. Stellionatus.* ubi *remittere* idem est, quod in locum ejus *reponere, substituire*: eumque sensum rectius admittit Juramentum hoc calumniæ, quod non *forularium* est, ut *alterum* illud, de quò *Paulus* agit; sed *respectivum* ad Juramentum *Judiciale delatum*. Nam ita rectè dicitur: Si Pater filio Juramentum *Judiciale* detulit: non potest filius, in vicem ejus Juramenti, quod ipsi delatum est, juramentum calumniæ arripere, istudque *retro mittere*, ut prius illud præstet Pater deferens. Accedit, quòd aliàs quoque dicamus *remittere* ipsum Juramentum *Judiciale*, ut potius id præstet is, qui istud *detulit*; quamvis non præstet aliter, quàm *in contrarium* *ejus super quo* is antè referenti seu remittenti illi *jusjurandum detulerat*.



5. (III.) Desperata res non est in l. 9. d. *divers. temporal. prescript.* nisi pro *in rebus mobilibus* (quod tamen & *Basilica* retinent:) cum *Accursio*, *Cujacio*, & *reliquis* legamus: *in rebus soli*, quippe quòd difficultati huic, cui hodiernum Interpretes diligentissimi immoriuntur, ex *Historiâ Juris* nostri probè succurri queat. Ulti enim rerum *mobiliùm Usucapio* primitus *L. XII. Tabb.* introducta fuerat: nequè tempore poterant acquiri res *immobiles*, ut nec *incorporates*, veluti *servitutes*, l. 10. §. 1. d. *Usurp. & Usuc. l. 43. §. 1. d. A. R. D.* imò nec omnis generis res *mobiles*, nec ulla citrà *requisita Legis XII. Tabb.* Ita postquam, deinde *Principum Constitutionibus* effectum est, ut res *immobiles*, exceptis *Provincialibus*, saltim *longâ possessione*, acquiri possent, hoc est, ut non quidem earum dominium aut vindicatio, nisi tantum utilis quædam, (de quo tamen & ipsò dubitatum fuerat. l. 8. in pr. C. d. *prescript. 30. vel 40. ann. l. 13. §. 1. d. Jurej.*) per ipsam adveniret, ac in *exceptione potius*, ipsâque *possessionis tuitione*, l. 2. C. *in quib. caus. cess. long. temp. prescript.* cerne-



retur: quâpropter etiam non usucapio, sed *prescriptio longi temporis*, item *longa possessionis*, nec non *diutina possessionis*, add. §. 9. *Inst. d. Usucap.* appellata fuit: ) Hinc deinde eadem *prescriptio ad servitutes*, l. 10. *si servit. vind.* & non minùs ad res *mobiles*, illas scilicet *quæ usucapi non poterant*, de quibus *unicè l. 9.* loquitur, deducta est. De illis enim, ut non minùs ad eas *prescriptio illa extenderetur*, omninò opus fuerat. *Rescriptio*, qualia *Antonini* sunt, in *d. l. 9.* Donec postmodùm rerum istarum *mobiliùm aliquæ* ad ipsam quoque *Usucapionem* redigerentur. Quò pertinet *Dioctet. & Maximin. Constitutio*, in *d. l. 2. C. in quib. cc. cesset long. temp. prescript.* Ibi: *In servorum proprietatis negotio*, cùm *Usucapio* locum habeat, ad quæstionem *longi temporis prescriptionis superfluo* perveniri. Proinde sicut in *mobiliùm rerum acquisitione*, quæ tempore fit, *prescriptione illâ diutinâ* non indigemus: nisi ubi vel nunc etiam sub *usucapionem* non cadunt, vel antehac *immobiliùm Jure* habenda fuerant; ut sunt *servi seu mancipia prædiis affixa*, tanquam eorundem *accessio* quæ



quædam. *l. 6. §. 1. C. d. Secund. Nupt. ibi: immobilium rerum & mancipiorum. l. 14. pr. C. d. SS. Eccles. Nov. 7. pr. Prefat. & c. junct. l. un. C. de Usucap transform. ibi: vel esse intelliguntur. In his enim, l. 3. d. divers. temporal. præscript. Modestinus ait: longæ possessionis præscriptionem tam habere locum, quam in ipsis prædiis; idque manifestum esse. (quem itaque textum Giphanius in *C. Cod. ad l. 1. C. d. Furt. male tradit, idem facere cum l. 9. eod.*) Nam illa mancipia ne quidem absque prædiis alienari, *l. 7. C. d. Agric. & Censit. l. 112. pr. d. Legat. 1. neque sic alienata præscribi, ne quidem longò tempore, possunt. d. l. 7. C. d. Agric. & Censit.* (quem textum non vidit Zasius, quando ad *l. 3. d. divers. temporal. præscript.* mancipia, scribit, *seorsim à prædiis usucapi longò tempore: quoniam connexio prædiorum illis qualitatem hanc affricuerit.*) Ita ineptè satis *Legi 9. pro mobilibus, res soli substernuntur; siquidem in rebus tantum mobilibus opus fuerat Rescripto; in rebus soli jam antè præscriptio diutina possessionis obtinebat, & imò ob illas unice inducta fuerat.**



6. (IV.) Nil desperati est in *l. 21. §. 2. Action. Emt. Vend.* Nam si in corpore & substantiâ consentimus, & solum in qualitate, eâque naturali, dissentimus, omnino emptio est. *d. l. 21. §. 2.* (ubi malè cum *Haleandro, Augustino, Cujacio, Hotomanno & al. legeres: emptionem non esse; reclamationibus nempe textibus parallelis, l. §. 2. l. 10. l. 11 §. 1. d. contrabend. empt. Quod si verò dissensus vel error in ipsò corpore aut substantiâ occurrat: ita utique nullus est emptio. d. l. 9. §. 2. d. l. 11. §. 1. l. 12. l. 4. eod. tit. Indeque nec actio empti venditi competit, d. l. 41. quamvis hoc ad eund. tit. Gabriel Mudeus existimaverit. (nisi v. e. parte tantum erratum sit. d. l. 14.) Eamque disceptationem, de errore circa emptionem venditionem, adeò accuratè abolverunt JCTi Romani, ut *Franciscus Comnanus Lib. VII. Commentar. c. 6. §. 5.* ne latrum quidem unguem ab illis recedendum esse moneat.*

§. (V.) Denique in *l. 20. §. 5. qui Testam. fac. poss.* vicius iterum & *Hotomannus* legendum esse censent: *adhibere non posse nec quisquam est, qui hâc in re suppetit*



ferre audeat. Adeò ut ipse quoque *Jacobus Gothofredus*, in arduis *ad l. 1. Cod. Theodos. ad L. Jul. Reperund.* moliminibus *Tom. III. p. 209. b.* necessum sibi fore putayerit, fateri, quòd ab *Ulpianò* in *d. l. 20. Paulus* in *l. 13. d. Testibus.* dissentiat. Et tamen usque perstat non modò *Florentina Lectio*, (quam nec vellicat *Gothofredus*;) verùm etiam nos utrumque *JurisC.* hãc in parte in *Analcct. ad §. 6. Inst. d. Testam. ordinand.* arctissimè conciliavimus. Et ex hoc tempore non amplius *disconveniunt*, nec *disconvenire* unquam potuerunt *Ulpianus* & *Paulus*, solidissimi *JCti*; quin potius ubique eadem sentiunt.

## CAPUT V.

Qui retinent *Lectio* nem  
*Florentinam*, eos in expositione  
 singularum ferè vocum  
 cespitare.

1. *Schifordegherum* rei me-  
 deri velle, si modò intel-  
 ligi possit, quidnam sint

*epula nundinaria.* Re-  
 liquos etiam ceteris  
 affici.

¶ 1

2. *Epula*



2. Epulas *nundinarias* legi velle *Cujacium*, ut necesse non habeat *nundinas* exponere per *epulas*. Quid *nundinarius*, *nundinalis*?
3. *Nundinae* Latine satis significant *epulas*. Quid *nundinae* in l. 3. §. 2. *A. Feriis*. (Aliter ac *Schiliterus*.) Quid alias vulgari sermone.
4. Non *annonam*, quæ mercatum subeat, per *nundinas* designari; verùm has ad *epulas* referri, quibus pascendi quidam fuerint.
5. *Privatas* non modò, sed & *publicas*, intelligi *epulas*: gratis adferre *Schiliterum*.
6. Inanes esse *Schifordeggeri* suppetias ad exponendum *epulas* ex l. 2. §. 1. d. *annuis & mensibus* legat.
7. Nil penitus ibi de *epulis* nec *nundinae* ibi quicquam aliud, quàm rempus *nundinarum*.
8. *Eundem* perperam intelligi velle in nostrâ Legi *epulas*, quæ in *accessionem emtionis* veniunt, quod multiplici ratione evertitur.
9. Quid sit *præstare epulas* *Mornacius* adducitur.
10. *A negotio dimittere* non esse, molestiam parandi *sociis epulas*; non etiam parandi *venditoribus*, ut *Schifordeggerus*. Neutrum, ne *negotium* nec *dimittere*, ad *epulas* pertinere, aut pertinere posse.

**R**orrò locum istum in nostrâ l. 69. *pro soc.* ubi scilicet *nundinae* per *epulas* exponuntur, tam malè affectum esse, *Vindex* ille *Antonii Fabri*, *Casparus Schifordeggerus*, *Lib. III. Tract. 28. qu. 13. ad Ipsum*, in *fin.* quiritatur, ut vix ulla spes eundem interpretandi supersit; & tamen



& ipse de suâ industriâ desperasse censetur, in *Lib. II. Tr. 17. in fin.* si, quid *nundinariae sint epulae?* convenerit, totam Legem ritè & rectè explicari posse, putat. Equidem is cum *Magistro* suo, *Lectionem Florentinam* retinet: Qui verò eandem quoque servant *reliqui*, non modò in *nundinis*, sed & in *prestazione*; nec non in *negotio*, ut & in *dimittendò*, & quid quâque harum) vocum indigitetur, æquè laborant.

2. *Cujacius* autem in *Observat.* se non videre, ait, quomodo *nundinae* pro *epulis* accipi possint; & ne *Ulpianum* (imò ipsum Imperatorem, qui sua fecit omnia, l. 3. §. 10. C. d. V. j. E.) vereri necesse haberet, vel ob hoc immutare textum; & *nundinarias epulas*, legendum voluit; ceu *Forum nundinarium* habetur ap. *Plinium*, VIII. H. N. c. 51. (nam *nundinalis coquus* ap. *Plautum*, in *Aulul. act. 2. sc. 4. v. 45.* non is est, ceu *Wisfenbach. n. 9. in π. Disp. ad d. l. 69.* opinatur, qui *nundinarum* tempore coquit; sed imò alium sensum habet:)

3. Cum verò *Ulpianus*, qui æneò quidem seculò, cum *Pomponiò*, *Paulò*, *Papinianò*,



nò, & *Modestino* vixit, nec tamen ullus ho-  
 rum Latinitate erubescendâ usus est; hanc  
 vocem *nundinarum* absolutam, pro *epula*  
 interpretatus: sic: quem etiam significatum  
 habuisse vocem illam, inter omnes, & cum  
 primis hosce, quorum illud pactum in d.  
 69. fuerat, eò minus dubium est, quòd  
 aliàs *nundine*, absolutè posita, quid aliud  
*nundinarium*, seu quod *ἀγοραῖον* foret, com-  
 notarent; ut in l. 3. §. 2. d. *Feris*. (quæ  
 jusdem *Ulpiani* est,) ubi: *nundinarum* no-  
 mine acceptum, non solùm acceptum  
 detur illud intelligi, uti carior *annona* fi-  
 ret, cum *Schiltero*, *Exerc. VII. π. 26. 29.*  
 rum undecunque *difficilior mercatus* re-  
 deretur; & nunc etiam nobis *zur Me-*  
*oder Kirchmets*, *epulas*, ut & donaria,  
 demque Gallis *la foire* innuat.

4. Neque verò, ut longius rem peti-  
 sinè arbitrò, cum *Dionys. Gothofredo*, con-  
 sultum est; qui *mercatum* pro *annonâ* sæpè  
 accipi, & *ἀγορῆς species* esse *annonarias*, ob-  
 servat: cum tamen aliàs *αι ἀγορῆς* commer-  
 cium significent. Saltem *hòc loco* non  
*annonam*, ut *mercatum* vel *nundinas* subi-  
 sed ad *epulas*, quibus aliquis pascendus est



respicitur. Et tamen hîc iterum variè dis-  
sident.

5. Schilterus *d. l. & Exerc. XXIX. tb. 23.*  
epulas de *privatis* non modò, (& illis qui-  
dem, quas nos *Weinkauf* appellamus,) sed  
& de *publicis*, accipi posse, ex *Rosino IV. A. R.*  
*c. 15. 17. & aliis*, operosè tradit. Quod ta-  
men quò minus de *publicis* admittatur, ipsa  
formula conventionis prohibet: *ibi: ut e-*  
*pulas reliquis prastaret: eis solveret.*

6. *Quin & Schifordegherus d. L. III. Tr.*  
*27. q. 13.* inane laborantibus, ex *l. 20. §. 1. d.*  
*annuis legat. & fideic. quem locum (Scevo-*  
*le,) omnes fugisse*, ait, subsidium adfert:  
quasi ex illò constet, *nundinas* etiam alibi  
in *jure nostrò* epulas denotare. Ipse verò  
*nundinas* ibi pro dapibus & epulis, quas  
Diis suis, anniversarià interjectione jejunis,  
Veteres in templis apposuerint, accipit, ex  
*Wolffe. Lazio XI. Antiquit. Rom. c. 5. & Guilb.*  
*Stuckio l. Antiqu. Convival. c. 37.*

7. Sed jejunè nimis! Nam ibi *Sacerdoti*  
& *bierophylaco & libertis*, qui in illo templò  
erant, danda voluit *Attia*; & decem danda  
voluit, & *donaria* voluit: & frustra dubi-  
tarum



tatum fuisset, num danda essent solum illi Sacerdoti, & cæteris, qui nunc erant; *ministerio*: si *Diis* exinde quid parandum fuisset. Nil etiam ibi de epulis, sed solum *decem denariis*, solvendis, *die nundinarum* (illarum quidem,) *quas ibi*, in templo, *Atticus posuerat*, seu determinaverat. Num igitur dies nundinarum est epularum? imò tempus ibi tantum, nil ultra, *nundinae* significant.

8. Interea *Schifordegherus* quoque ipse *Qu. 13. & seqq.* saltim in *l. 69.* epulas accipi non publicas ejusmodi & solennes; sed quæ *in accessionem emtionis* dari, nobisque *Weinkauf* appellari, solent. Quamvis enim, inquit, societas ad emendum re empta finiat; *l. 65. §. 10. pro soc.* tamen contractum adjectum adh. socium epulas præstare oportuit. Sed istud quidem merito reprobatur. Non enim hic est emptio unius sed *negotium*; sunt etiam *nundinae*, & nundinis epulae: nec præstantur, seu solvuntur epulae *alii* quoque unæ parti *ontenti*, sed solum *emptoribus*: & præstantur eas *reliquis*, nulli *venditorum*. Neque etiam *finem impossum* societati seu negotio



illud dicitur, dum epulæ præstandæ sunt; quin potius eâ durante & unâ negotiô, præstari debuerent ipsi, qui negotiabantur. Quod si deinde illud: *dimittere eos à negotio*, ad societatis negotium pertinet: superfluum illud foret; admisiâ *Schifordegheri* expositione; postquam societas jam finita esset, cum epulæ præstari deberent. Non dicam de *actiombus* in *ix.* propositis, quàm illæ ad hunc significatum, factique speciem inde formatam, malè quadreat; cum plus satis jam dictum sit de *nundinis*. *ib. 691; 707*

9. Quid verò est *præstare epulas*? Non quidem est simpliciter, quod facere epulas, *l. 17. §. 4. d. Cond. Et. Dem. l. 122. pr. d. Leg. 1.* sed facere pro pretiô, ut in *l. 14. §. quem adm. feruit. amitt.* saltim ut tempore nundinarum unus ille curam epularum susciperet. *Mornacio* est *defrayer durant le temps de la foire*, quem laudat *Wissenbach. n. 11. d. l.* & ut vel solus impensas nundinarum, seu epularum, ferret. *ib. 100. 101.*

10. Num verò: *eos à negotio dimitteret*. idem sit, ac per epularum præstationem, efficere, ne reliqui negotiô illò molestarentur; an, ut ob impensas eas, à venditoribus mer-



mercium, quibus epulæ insuper, ceu accessio, ex *Schifordegberi* mente, debebantur, *negotium non paterentur*: facile resolvi poterit. Nam *negotii* vox penitus ad epulas non pertinet; ut nec *dimissio*, ad nexum aliquem præstandi epulas: & neuter sociorum ad illas alteri præstandas tenebatur; ut nec omnes aliis: cum nec de accessoriis illis epulis *b. l.* agi evictum sit. Quin imò *dimittere* non poterat è nexu socios suos unus ille, cui non obstringebatur; sed dimittendos eos oportuit à Venditoribus. Cur denique dixisset *JCrus*: *si eas eis non solverit; & non potius, si eos non dimiserit, non liberaverit?* Quapropter illud: *eosque à negotio dimitteret*, nec ad epulas pertinere oportebit, nec ad reliquos, ceu *creditores*, quos per epularum præstationem à se dimittat unus ille eorum debitor; ut in *l. 10. §. 1. quæ in fraudem credit. l. 28. de pact. dotal. l. 3. d. separata*. Atque hæc ferè sunt, quæ, illasò etiam manente *textu Florentino*, ab *Interpretibus* variè explicantur; quorum tamen nullus est, qui sufficiat.

CA



## CAPUT VI.

Non dari actionem pro socio ob epulas non præstitas; non etiam dari actionem illam Ulpiani ex vendito, adv. unum illum socium, extraneis mercium venditoribus.

Plurimum refert, utramque actionem in casu d. l.

69. agendum sit.

Dare aliquos, ob epulas, ex pacto societati adjecto, actionem pro socio.

Eandem obtinere, sed ex ipso principali Societatis contractu, *Arumæum* quoque velle; qui det alteram actionem, ex vendito, mercium commutarum nomine, extraneis venditoribus.

Ex vendito actionem non posse hinc intelligi, quæ detur *istis venditoribus*. Sed venditionem esse in epulis.

Utrâque actione teneri unum istum socii ceteris; neutram earum

posse ipsum teneri extraneo.

6. Malè etiam *Bækelmannum* dare actionem pro socio, ob epulas non præstitas. Non fuisse hoc societatis; nec negotii, à quo dimiserit unus ille reliquos. Itaque non dari actionem pro socio: neque superesse quicquam, cujus nomine socius ille, qui nec emerit merces nec vendiderit, ex *Bækelm.* sententiâ, ceteris ex vendito teneretur.

7. Cur locum hinc habere non possit *pactum Societati adjectum*; quod tamen, ut supra alii jam voluere, ita nullum dubium



50  
bium habere scribit *Schil-*  
*terus*. Hòc supposito acti-  
onem ex vendito quidè  
locum repturam esse.  
Utràlibet v. *Ulpianum*  
nec velle agi, nec agi pos-  
se; & omnium minimè,  
si epulæ ex pacto socie-  
tati adjecto pendeant.  
Quin potius emptione  
eas contineri.

8. Perperam quoque asseri,  
unum illum, loco operæ  
aut pecuniæ in socie-  
tatem conferendæ, epulas  
præstitisse; quod & an-  
tè *VVissenbachius* volue-  
rat: & variè refelli-  
tur.

9. Quàm sibi non constet  
*VVissenbachius*, quando  
actionem quoque ex  
vendito dari venditori  
epularum tradit, pro  
illarum pretio: quod  
& textum convertit pe-  
nitius.

10. Non etiam debuisse  
*Schiltherum* exposuisse  
*Epulas per bibales*. Et  
cum eo nomine extra-

neo venditori actionem  
ex vendito non præbeat  
illam multò minùs so-  
ciis competituram; &  
vanum ergò, *Ulpianum*  
fore. Nec quadrare ad  
hanc expositionem di-  
missionem illam à ne-  
gotio.

11. Ulterius, quòd unus il-  
le solus cõemtionem in  
se susceperit, & hoc sen-  
su reliquos à negotio di-  
misse dicatur; quod or-  
lim *Fornerius* intendit,  
nuper repetitum aliis.  
illud planè à textu ab-  
scedere: cum dimissio  
illa potius ad dirimen-  
dam societatem collig-  
met.

12. Epulas speciali vendi-  
tione constare. *Glossam*  
improvidam esse. Non  
dari hinc actionem P. V.  
non etiam pro socio.

13. Difficilem sæpè indaga-  
tu esse actionem: quam  
invenisse operæ pretium  
fit.

I.



Rofectò nugari non est, quod *Re-*  
*gnerus* suprà censuit, si exputemus  
quã-



quânam *actione*, & cur non aliter, in casu *Legis 69. π. Pro Socio*, (quæ *Gl.* est 70.) quàm *Ulpianus* voluit, agendum sit? Nam & *Astoris* & *rei* interesse poterat, & nunc etiam, quâ specie *actionis* agatur, interest; cum variè impedita sit *Ulpiani* decisio: quinam, ex quâ causâ, contrâ quos, ad quid, & quò effectu, (maximè quòd in *actione pro Socio*, & competentia favor & famæ periculum, ne de aliis dicamus, secùs ac in empti *actione*, occurrant,) agere possint. Neque *nominum* ea est investigatio, ut *Ille* putabat.

2. Equidem plures sunt, qui propter *epulas*, (de his enim disquisitio *Ulpiani* est:) *actionem pro Socio* competere, utut variè, existimant: & quidem, ranquam *ex pacto societati adjecto*, Collegium Jur. Argent. *ad Tit. π. pro soc. th. 21. n. 8. Et th. 25. n. 15. Et 25.*

3. Sed *Arumæus*, *Disp. XII. ad π. th. 15.* si tres societatem coierint ad emendum, ut unus præstaret *sumptus*, non solùm *epularum*, sed & *rerum emendarum*, (ceu quidem *Freberus* etiam, *c. 29. Parergor. duplex obiectum*, conventionis illius cum uno ex sociis,



sociis, effingit: ) eoque convento ad negotium eos dimisit, h. e. ad nundinas eos ablegasset, ut soli illi emturi essent, ipse curam epularum solus haberet, ( ceu quidem hanc dimissionem & *Timaeus Faber L. 1. Arum. not. c. 17.* & ipse *Cujacius*, eum in modum intelligunt, ) si tunc ille eis epulas non solaverit, habere ceteros adv. ipsum pro suo partu repetendo actionem pro socio. Nil enim ( ait *Arumaeus*, ) illi vendidere isti socio per hoc, vel aliter. Extranei autem venditores, qui fidem illius socii unius secuti sunt, eundem coemtaram rerum nomine, quod & *Freherus* putat, conveniunt. *arg. l. 2. C. pro soc. l. 13. §. 25. d. A. F. V.* Et haec hactenus ille, non ex pacto adjecto, ( ut *Coll. Jur. Arg.* ) sed ex societate in id principaliter constituta, actionem pro Soc. deproponit.

4. At verò num venditores extranei socium illum, vel etiam ceteros, actione ex vendito convenire possint, de eò hic non quæritur; nec id dubium ullum habet. Igitur nec probatione indiget, nec ex adductis, eum solum & non etiam consocios teneri, probatur. Nam in *l. 2. socius*



ACTIONUM LIBRATIO. 19

id, quod in rem communem impendit, à socio repetit, ( non *tertius*, ) atque hoc idèdè *pro socio* actione: & in *l. 13. de Procuratore* agitur, qui dominum *actioni utili* obstringit. Hic verò nullum *mandatum* habent socii illi *ab uno* eò; & ipsi *principales* sunt: imò nec *pretii petendi* mentio fit, aut fieri potuit; quin potiùs solum, quæ actio *ob epulas non solutas* competat, disquiritur: nec ullibi dicitur, quòd *unus* ille *merces* ab extraneis *emerit*; quod nec patitur *textus*, qui societatem ad emendum coitam esse, ait. Quid quòd si vel maximè unus *operam* præstitisset: tamen non eò minùs etiam *reliqui socii conveniri* posse debeant. Quoad ipsas verò *epulas dimissio* illa pars *formula* est conventionis, non *eventus* ejus, nec tamen pars est societatis; sed in *epulis* est *venditio*: indeque & *Argentor. Collegii* traditio pariter concidit.

5. Sunt qui dicunt Alii, idèdè non teneri ex vendito rat. mercium cæteros socios, quia *unus* iste, *non solutis epulis*, ad *emptionem* solus *properaverit*. At verò, non dicitur in *textu*, illum solum *emisse*:

D 3 nec



nec quòd *extraneo* teneatur *unus ille socius* *ex vendito*, sed quòd *socius* teneatur; quibus & actione *pro socio* obstringitur, & sic eis *ut* *trâque* actione: quarum *neutrâ* poterat teneri *extraneo*; scilicet non actione *venditi* ex illâ causâ, de quâ hîc *Ulpianus* discipulavit. Unde illorum expositionem nîl quicquam *l. 5. §. 11. & l. 11. §. 5. de Instit. act.* iuvare possunt.

6. Succedat hîsc *Bækelmannus*, & qui eum, ceu *Præceptorem* suum, noviter sequitur. Hi à *negotio* dicunt *dimissos* ceteros quòd illi curam non habere debuerint *epularum*, vel à *negotio* parandi epulas. Sed hæc jam olim *Glossæ* fuit expositio. Quæ tamen & ipsa nihili est. Quomodo enim hîc pactò unus ille teneri potest *reli-* quis *actio* *pro socio*, ut illi volunt, id est quòd *epulas* iis non præstiterit? & quòd nam actio *ex vendito* pertinebit, quâ iis *actio* tenetur, si non actio *pro socio* *actio* pertinet. Neque etiam hoc est *negotium* aliquod, parare epulas; ceu nec *epularum* præstationem exposcit *Societas*: quippe quòd non hæc expensæ sint *Societatis*, in *actio* que *conventionem* separatâ usi fuerint. *Societas*



emptione scilicet. Si verò non emit ille, nec vendidit merces, ut putat *Bœkelmannus*, undenam tenebitur cæteris *ex vendito*; nisi *epularum* nomine. Nam *extraneis* non potest ex venditione mercium teneri *solus*, qui solus non emit. Non etiam *Ulpianus* eò tendit, quasi *alii* sint hoc casu, qui agant *actione pro socio*, & *alii* qui *ex vendito*: atque alios atque alios esse qui *conveniuntur*; cum solum de *uno*, qui utraq̃ue actione, & à consociis utrobique, conveniendus sit, loquatur. Ne dicam, nullum fuisse dubium, quòd *socii venditoribus* suis obstricti fuerint, si cum his solum isti socii reliqui emtionem venditionem iniissent. Neque tamen apparet, cur tantum de *uno* hic dicatur, eòdem scilicet illò, qui *ad epulas* se obstrinxerat, quòd iste *ex vendito* teneatur. Non etiam apparet, quid *opus* fuerit *dimissione* cæterorum à *negotio* præstandi *epulas*, postquam cum ipso solo *conventum* esset, ut ille *epulas* præstaret: nec enim erat *epularum præstandarum societas*; indeque nec *pro socio* eò nomine teneri poterat *antè*: sicut ne nunc quidem tenebitur, eò quòd *Societas* unice *mercium*



*coëmendarum* erat. Ita verò ex hâc sententiâ ille unus nec pro socio actione, nec ex vendito, teneretur. Et utrâque tamen actione eum teneri, *Ulpianus* ait.

7. Sanè quòd actio *pro socio* detur ad unum illum, *ob epulas* non præstitas, (quòd tamen falsum est penitus,) illud ad eò certum esse existimat *Praxis Jur. Civil. in Foro Germ. Exerc. XXIV. ad n. th. 23.* ut de eone quidem dubitari potuerit: quippe quòd ex pacto Societati in *continenti* adjecto detur actio pro socio. *l. 52. § 13. pro soc. l. 7. eod.* Et tamen non supponit *Ulpianus*, in *continenti* pactum quoddam in hoc societati adjectum esse; neque etiam hoc ad societatem pertinet: quin & conventio ista ad societatem *dirimendam* disertè fuerat disposita, si morem isti non gereret socius. Et quònam hâc ratione *venditi actio*, quam ad unum illum ceteri, juxta *pro socio* actionem, (& hanc quidem ex Societate cum ipsò constitutâ,) habent, si epulæ ex societate tantum debentur. Neque verò perinde est *Legibus*, utra detur, nec perinde reor, ut *Auctor ille* tradit, quâ conveniatur; ut nec perinde actori, quamnam actionem ille in-



instituat. Imò non hæc *Ulpiani* sententia  
 est, quasi cum *Reo* illo *utrâlibet* actione, ob  
 epulas non præstitas, agi possit. Quin po-  
 tius ob id nullatenus *actione pro socio* tene-  
 bitur; ut nec dicit *Ulpianus*, alterutram da-  
 ri, sed *utramque*: scilicet pro *diversis cau-*  
*sis & objectis*, adv. eundem. Et quis non  
 videt, quàm nulla vis arguendi in eò sit,  
 quod *d. loc.* habetur, non esse venditionem  
 in epulis, quoniam *pretii* non fiat mentio.  
 Ergòne gratis ille epulas præstiturus erat?  
 Et sicut jam coita erat societas ad emen-  
 dum, non poterat nec de venditi actione  
 quari, ex coëntione mercium: neque a-  
 ctioni pro socio, quam loquitur *Ulpianus*,  
 causa fuerat quærenda; quippe quòd ista  
 actio principale negotium inter ipsos co-  
 emtores respiciat: ex quò omninò oportet  
 ut illa *venditi* actio, quam *Ulpianus* expen-  
 dit, ad conventionem epularum unicè per-  
 tineat. Hæc verò conventio ad eò non fir-  
 mabat *societatem*, multò minùs particula-  
 rem societatem inferebat, ut potius *dimissos*  
 censerì oportuerit à *negotio*, h. e. non am-  
 pliùs adstrictos societati, si venditionem  
 epularum ille non servasset; indeque con-

D 5

VEN-



ventio potius de dissolvendâ societate fuerit.

8. Exhinc porrò sequitur, admitti non posse, quod in *lb. 19. d. Exercit.* habetur, fuisse illum unum immunem à conferendâ operâ & pecuniâ ad emendum, ut locò illius reliquis *nundinas* suâ operâ & pecuniâ præstaret: quæ quidem antehac *Wissenbachii* fuit opinio. *Disp. pecul. n. 12.* Nam de societate ad emendum hîc unicè, non de societate ad præstandum *epulas*, meminit *Ulpianus*: estque unus ille etiam cum reliquis sociis, in *caëmptionis* negotio: tum & quid illorum quisque præstet, non est quæstio, sed cum cæteri convenerint cum uno ad *epulis*, an is solâ actione pro socio teneatur. Imò si illa epularum præstatio pars societatis fuisset: quid opus fuerat actione ex *vendito*, cum satis fuisset pro socio tantum potuisse experiri. Et quomodo præstatio operarum à cæteris erit, ut *epularum*, ab hoc uno sociorum? an ille solus neglectu sui officij committere potest, ut tollatur societas? non vicissim, ut ipse dimittatur, si illius operam suam segniùs facerent. Quin potius ille tenetur, ut socius, ex negotio; & ex



*vendito rat. epularum?* indeque non ratione ejusdem *negotii*. Tenetur unus ille, qui jam reliquis obstrictus fuerat societatis iudicio, *insuper* iisdem de *vendito*. Neque verò de actione *venditi*, quàm *extraneis* socii tenentur, *Ulpianus* disquirat; sed de actione, quàm *unus ille socius* obstringitur. Jam verò *venditi actio* ex societate oriri non potest. Et si epularum præstatio est ex societate: jam nulla est cum uno illò *venditio*, ex quàm *venditi* teneri posset. Nil etiam per se, in illà *sejunctâ conventionē* de præstandis epulis, est *negotii*, nec *lucri damni* que *causâ*, ut societas, inicitur: nec Societas epularum præstationem exigit, quæ per se *expense societatis & negotii* non sunt; quamvis *pactō* præstatio illa *societati* jungi, atque cum impendiis cæterorum sociorum comparari potuisset. Ita verò *actio venditi* non potuisset competere.

9. Quid verò quòd *Wissenbachius cit. Diff.* scribat, non solutis epulis actionem ex *vendito* dari *venditori epularum*, pro eorundem *pretio*? Et tamen ille præstationem epularum totam *ad societatem* voluit relatam, unius illius socii. Imò quomodo



*pretium* peti poterit, cum epulæ non præstitæ fuerint. Neque etiam hîc *promissoria epularum* datur actio; sed reliquis *contra ipsum*: nec pro epulis præstitis, sed quod non præstiterit, ad hoc quod interest.

10. Ulterius, Auctor *Praxeos Forens.* in *lib. 24.* actionem *ex vendito* refert ad *Wein-kauf*, seu bibales. Hos præstare *emptorem* teneri venditori suo. Quoniam itaque non *emerit merces* pararius ille epularum: hinc cum eo non posse eò nomine agere *venditorem extraneum*; sed *socios*, eò quod ille unus non præstiterit, per *epulas* scilicet, (quas eò modo posse *de bibalibus* intelligi conjicit,) nec ipsis nec venditori, ad quod obstrictas *sociis* fuerit. At verò si ex hac sententiâ *venditori* non tenebitur actione *venditi* pro epulis, à quo nil emit nisi per socios; oportet ut nec eâ venditi actione teneatur sociis, à quibus nil emit ille. Ita verò actio *venditi in textu* non potest quadrare ad epulas, si socii solum actione pro socio illas à consocio exigere possunt; & inanis ergò fuerit: & tamen dicitur epulas *eis*, *np. sociis*, non præstitisse: de venditore extraneò illò nil habet textus.

Nec



Nec v. epula bibales notant; sed *nundinas*, i. e. epulas totò nundinarum tempore pro sociis. Non etiam *societatis dissolutio* superstruetur neglectui talium epularum. Imò jam est confecta emptio, & negotium societatis, quando *bibalibus obsignatur negotium*. Quomodo igitur ex hoc, quòd ille epulas non præstat, dissolveretur negotium? Nam utique *dimittere à negotio* eos, vi conventionis illius, de præstando epulas, tenetur: ut nempe illos non amplius sibi obstrictos cupiat societati, sed dimissos haberi velit ab illo coëmptionis negotio, *si epulas eis in nundinis non præstaret*.

II. Proinde perperam non minùs ex *Recentioribus* Alius ita exponit eam *dimissionem*, quasi solus ille socius in se quoque unum suscepit istud *coëmendi negotium*, & cæteros ab illà molestià *dimisisset*. Quod enim jam olim *Fornerius* autumavit, unum solum *ivisse ad Nundinas*, (quanquam etiam hoc falsum sit,) ex eo non sequitur, quòd *dimissio*, de quâ hîc loquitur *Ulpianus*, eò respiciat. *Dimittere enim eos tunc velle dicitur*, si epulas non præstitisset, nec à *coëmptione*, sed à *societate*. Nima. coita erat ad  
cmen-



emendum *societas*: nec ergò unus emit, ne  
 quidem loco etiam cæterorum. Imò ut  
 eos dimitteret, peculiari conventionem, cum  
 iam esset contra *societas*, convenit; idque  
 intuitu *epularum*, si illæ non præstarentur.  
*Negotium* non idem hic est, quod *molestia*.  
 Non volens eos, sed *invitus*, dimittit, sua  
 etiam damnò; in pœnam, si non *epulas* præ-  
 staret. Nec *Ulpianus* dicit, *actione pro socio*  
 cum eo agi, quòd *negotium* non rectè cur-  
 raverit; sed si *epulas* non solverit, iam sub-  
 lata *societate* agi posse *pro socio*: alit non in  
 ob *epulas* non solutas. Non dimisit eos ab  
 initio *societatis*, & ex lege ejus; sed solum  
 se posthæc eos dimissurum esse à negotio, pro-  
 miserat, si non solveret *epulas*. Quapro-  
 pter *dimissio* potius ad dirimendam *societate*  
 em pertinet.

§ 12. Equidem summam Lex nostra, in  
 editione *Gothofredi* satis probam nacta est:  
 de societate ad emendum & *Epulis* præstare  
 dis: nim. his non vi *societatis*, sed *conven-*  
*tionis*, h. e. *emprionis specialis*. Perperam  
 verò *Glossa* commentatur: convenisse, ut  
 pro XX. solidis pararet unus *epulas*: solutis  
 nummis, vel aliàs satisfactò, posse agere  
 cæter



caeteros pro socio & ex empto & Prescri-  
 ptis Verbis. l. 2. C. d. pact. int. Empt. & Vend.  
 Neque enim hic, ut in illâ l. 2. C., subsidio  
 actionis P. V. aut supplemento indigemus,  
 quod quidem casus d. l. 2., respectu quodam  
 illius venditionis, postulat. Pro socio autem  
 actio, ratione epularum, non competit.

13. Ex quibus omnibus evidens est, mul-  
 to studio ac sollicitudine indigere actionum  
 investigationem; quæ etiam si non cedat  
 feliciter, arreptâ actione incongruâ, totam  
 rem, & quicquid in iudicio agitur, cespici-  
 care oportere.

## CAPUT VI.

Solam actionem ex Ven-  
 dito dari ob epulas. Hanc perpe-  
 ram ad varia trahi commenta,  
 quæ *Ulpianum* non re-  
 ferant.

Dari ob epulas non nisi  
 ex vendito actionem.  
 Hanc *Alteserram* frustra  
 trahere ad periculû so-  
 litariæ coemptionis mer-  
 cium.

3. Idem jam olim *Mejerum*  
 tradidisse, quoad lucrum  
 illius coemptionis; & pe-  
 riculi pretium.

4. Non etiam debuisse *Fre-  
 herum* referre actionem

ex



- ex vendito ad pactum, quod ille posterius putat, de dimittendo illos à negotio exsolvendi pretii.
9. Non unâ ratione illam everti.
10. *Eundem* frustra tribuere, *Cujaciò* licet aliis que præcuntibus, istam ex vendito actionem venditori extraneo; (quamquam pejùs illò, ad epulas, ceu bibales;) nullam sociis.
11. Nil eum præfidii habere in *l. 13. §. 23. d. A.E.V.* Imò omnia ei adversa esse, quæ *Ulpianus* ingerit.
12. *Johannis Voëtii* reperiunt, de extraneo quòdam, epulari venditoris, interprete indignum esse.
13. Denique *Borgias* ipsum *Ulpianum* aggreditur, quòd actionem ex vendito, quoad epulas, dare non debuerit. Hoc ipsum quoque non interpretis esse, sed destructoris.
5. Non *Dionysium Gethofredum* ad venditionem uni factam, coëmtarâ ab illo mercium.
6. Nimum sibi fidere *Antonium Fabrum*, quando emptores socios, pro mercibus à se coëmtis, ab uno illo pretium h. actione exigere debuisset, accommodatius quid *Ulpiano* putet: *Haloandri* etiam corruptione in partem vocatâ. Non etiam supponendum, quòd epulas iste præstiterit.
7. Nil causæ habuisse *Schiliterum*, ut *Antonium Fabrum* hic susciperet.
8. *Schifordegheri* jactabunda disputatio, in societate, non negotii, sed facilioris coëmtionis.

I.



Quòd verò non alia adv. eum, qui ad epulas tenebatur sociis suis, in *l. 69. n. pro socio.* ex sententiâ *Ulpiani*, quam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-370659-p0066-3



ex venditō actio competat, verissimum existimo.

2. Hinc frustra illam actionem aliò vertit *Antonius Dadinus Alteserra* ad *d. Tx.* quando tradit, *periculum negotii* transire in socium illum, qui *solus* merces coëmerit; emptoris enim esse periculum: & hinc oriri *faciem emptionis*, ut in *l. 77. §. 16. d. Leg. 2.* Quid verò species ista *Legis 77.* ad dictam *l. 69.*? dum ibidem *Legatarius*, cui mensura ratio ex causâ fideicommissi, cum indemnitate heredum, relicta est, ob cautionem creditoribus, ultra vires etiam fideicommissi, tenetur. De cætero non emit *merces* socius in *d. l. 69.* à sociis reliquis; proinde illi, quibus ex vendito *mercium* gr. tenetur, sunt *venditores mercium*. Nec omne, quod est simile quadantenus emptioni, (nec tamen hic est tale quid respectu *sociorum*, qui potius ipsi in societate forent *una* mercium, emptores,) actionem ex vendito parit.

3. Idem antea *Meierus* putavit, in *Coll. Jur. Argent.*, quòd *periculum* in se *solus* ille susceperit, *reliquis* sociis à *negotio dimissis*; ut tamen si quid inde lucraretur, communicaret *lucrum* illud cum reliquis. Hòc pacto

E

pactò



pactò teneri ipsum cæteris *ex vendito*, ut lu-  
 crum iis *communicaret*; adeòque esse ven-  
 ditionem *commodi sperati*, non ab similem  
*factui retis vendito*, in *l. 12. d. A. E. V. l. 8. §. 1.*  
*d. contrab. emt. l. 10. §. 11. d. H. A. V.* Atque  
 sic perperam exposità *dimissione ad negotia*,  
 aberrat in cæteris *Meierus*. Nullibi in *textu*,  
 quòd *de lucri emptione* convenerit. Est quo-  
 que lucrum magis in emptis per societatem  
*mercibus rursus vendendis*. Lucrum verò  
*Societatis* actione *pro socio* peti debuisset: &  
 quòdam actio *pro socio* adv. illum emptor-  
 rem, quàm adv. eum agendum esse vult *Ulpia-  
 nus?* si lucrum actione *ex vendito* consequi  
 licet; imò actione *ex vendito* agendum est  
 Aut itaque *Societas* erit potius, aut ille non  
 tenebitur actione *pro socio*; quod item vult  
*Ulpianus*. Nec tamen reperitur in *textu*,  
 quòd *solus ille emerit*. Num verò putabi-  
 mus, quòd ille & *operas & pecuniam & epulas*  
 præstiterit, solus omne in se *periculum* rece-  
 pturus, salrim ut *de lucro* participaret. Ad  
 quid autem *emerent* illi lucrum rerum em-  
 ptarum? quod tamen *societate* contineba-  
 tur. Possunt quidem aliquando *de lucro*  
 participare socii aliqui, ut *de damno non te-*



neantur: (sed ea vix esse poterat *lex conventionis cum illo emptore & parario epularum.*) Ita verò non agendum est actione ex vendito. Neque hìc supposita societate aut negotiò, est *periculi pretium*, ut in *l. s. d. Navic. fœn.* Non *pretium* lucri facilè videbatur *initio emptionis* definiri potuisse, quippe quòd *lucrum incertum* esset. Sanè ut potuit *pretium jactûs retis*: ita *pretium lucri* definitius definiri non potuit; poterat saltim ex *proportione obtentæ quantitatis*.

4. Porrò *Freberus* actionem *ex vendito* eisdem non *ad epulas* refert; sed *ad pactum*, ut ille putat, *posterius*, quia unus cæteros à *negotio pretii exsolvendi dimiserat*, & ipse tantquam dives semet venditoribus, pro rebus *emittentis*, exsolviturum illud se obstrinxerat. Sed ita non teneretur sociis suis *ex vendito*; quod vult hìc *Ulpianus*.

5. Aliter *Dionysius Gotbolfredus*: *ex vendito* teneri socium, eò quòd reliqui *eidem mercibus ab ipso emtas vendidisse* videantur. *l. 74. pro soc.* Et tamen in *h. l. 74.* dicitur mercibus, quas unus sociorum emit, eum suas reddidisse; tantum quòd ad communicandum eas reliquis teneatur *societatis* iudicio.



Hic verò nil quicquam de *venditione* illat in  
 sociorum reliquorum: imò simpliciter ini-  
 tiò Legis de societate ad emendum agitur.  
 Præterea solùm de epulis disquisitio Ulpiani  
 est; quænam illarum nomine actio com-  
 petat.

6. Quid verò *Antonius Faber*, an ille quid  
 ad mentem Ulpiani, ut sibi videbatur, accom-  
 modatus attulit? quando in *Lib. V. Conjectur-  
 arum c. 4.* Idè, ait, quia socii, qui emen-  
 rant, tenebantur societatis judiciò res à se  
 emptas, cum parario illo epularum, socii  
 suò, communicare, & pretium ab illò ex-  
 gere poterant, ex vendito agebatur; quòd  
 species hæc esset venditionis. Quò tamen  
 nil minùs Ulpiano accommodatum est,  
 Contulerat enim jam socius ille in socie-  
 tem, unde fieret coëmptio: atque teneban-  
 tur ad communicationem mercium consor-  
 cii societatis judiciò, eòdemque si quid res-  
 staret, ipse ad complendum iis tenebatur.  
 Hæc sc. imago est emptionis, sed non emtio  
 nec ergò empti actio; de quâ num danda  
 & imò num illà agendum foret, Ulpiano  
 disquirebat. Sed quid *Antonius Faber* ad  
 conventionem de epulis? Hæc Ulpiani socii agi-



illat unica disquisitio: cum de actione pro  
 inioco, ex societate ipsâ, nullum esse dubium  
 rumpisset. Quod si autem dimissi illi fuerant  
 negotio: quomodo hi tantum poterant  
 misse? Videlicet cum Haloandro legi o-  
 portebat: eosque ad negotium admisserit,  
 quasi ejus curam habere nequiverint socii  
 coemptionis, nisi ille socius unus eos ad  
 stud admisisset? Quid quod Faber putet,  
 casum esse, si epulas ille non solverit. Et  
 quid causâ habuerat Iste, ut per speciem ven-  
 ditionis & pretii exigendi, ab epulario illò,  
 qui tamen quoad epulas exigere debebat  
 retium à sociis,) responderet; de quò non  
 querit Ulpianus; nec casus in id conceptus  
 est, imò in id ne quidem concipi potuit.  
 Non utique ex vendito tenetur, qui deficit  
 in præstandis in societatem; sed si defecerit  
 in præstandò epulas. Neque etiam Faber  
 supponere poterat, quasi jam epulas præsti-  
 sisset ille socius. Eò scilicet adactum se crede-  
 bat hòc ipsò, quòd non videbatur aliàs ven-  
 ditioni actioni locus esse, quâ pretium exige-  
 retur. Et tamen, non epularius ille, (si ita  
 loqui licet,) ad pretium agit, sed cum ipso  
 agitur ex vendito: estque supponendum



faciliùs, quòd ille *epulas non soluerit*. Minime omnium ex *Lege* constat, quòd socii illi *partem mercium* socio suo pro pretio epularum vendiderint: quod quidè *actionem pro socio*, ceu pactum societati adjectum; aut cum pretium verum non esset, *actionem F. V.* parere potuisset. Ast *Ulpianus ex vendito*, rat. *epularum*, agi oportere præcipit.

7. Nihilom. tamen adhuc *Auctori praxeos Forensis Exerc. XXIX. tb. 25.* non displicet hæc etiam *Antonii Fabri* conjectura. Nim. postquam portionem coëmi v. c. frumenti socio illi assignarint reliqui in pretium epularum, quod nec dum ipsi numeraverint, nec constituerint: idèd eos nunc ad partem totius pretii præstandam ex *vendito* agere. Ita verò erit *emptio*, cuius pretium nequidem, nec in pecuniâ numeratâ, constitutum est. Ita non ex *vendito* tenebitur, qui pro socio conveniendus erat, de reliquo *mercium*. Imò si non præstitit epulas; unde pretium ei debebitur?

8. Superior utique *Magistrò* suo videri poterat *Schifordegberus, Lib. II. ad Anton. Fabr. Tr. XXVIII.* si, quod jactat ille, in

Qu.



Qu. XV. *ibid. in fin. disputatione minime vulgari & ab omnibus deposita*, in hac re usus fuisset. Opinatur ille, non fuisse hanc societatem lucri damnique causâ, verum *ad emendum rem* facilius & sine contentione. *l. 33. pro soc.* Ita rem ipsò jure fieri communem; secus ac in societate negotiationis. *l. 14. pro soc. junct. l. 4. C. comm. utr. judic. l. 65. §. 10. pro soc.* (nisi & h. c. emptum esse nomine societatis, *l. 67. §. 1. eod.*) atque re secutâ protinus *frui* hanc societatem. *d. l. 65. §. 10.*

9. Enimverò in *l. 69. pro soc.* nil habetur de societate *ad emendam rem particularem*; sed de eâ, quæ coita est *ad emendum*. Et quid inde *schifordegberus*? an ut facilius expediret illud: *eosque à negotio dimittere*; an ut actionem *ex vendito* inde erueret: quæ tamen *emptori communi* non competebat; nec eâ ipse tenebatur reliquis. Et quònam redigit Ille *actionem pro socio*? quæ tamen ex societate quâlibet *ad emendum* competit, *l. 52. §. 11. pro soc.* nec minùs ea in *b. l. 69.* prodita reperitur. Sanè quòd *ob epulas pro socio* dandam voluit actionem, in eo pariter falsus est.



10. Caterum ipse *Qu. XV. Cujacium* (ut eund. *Freberus cum al.* quibusdam sequitur,) recipit, quando actionem ex vendito non dat sociis, quia hi nil uni vendiderint, verum extraneo venditori, per *l. 13. §. 25. d. A. E. V.* quippe cui non minus ob sumptus venditionis causa erogatos, *Weinkauf*, seu epulas, quas unus ille prestare debebat, actio ex vendito praebetur: *d. l. 13. §. 22. l. 16. C. eod.* indeque ob rem a se emptam venditori illi actionem tribuit; quae eidem ex pacto dari non potuerit: quippe quod non ipse, sed socii cum uno illo consocio, inierint; ipse tantum unus ille rem communi nomine emerit. At verò de sociis *d. l. 69.* quaeritur, quae actione hi ob conventionem, epularum nomine, (quae tamen epulae bibales illae non sunt: ceu nec bibales naturae insunt emptioni, ut propterea eas debeat exigere posse a socio, emptore suo, venditor,) consocium convenire debeant.

11. Ulterius in *d. l. 13. §. 25.* est actio empti utilis; hic verò nil de utili. Ibi ex venditione Procuratoris: hic omnes principales sunt: nec epularum ab uno praestandarum obligatio

socii



*societate* continetur. Imò non dicitur, epulas illum *venditori prestare* debere; sed *sociis*, idque ex *conventionem speciali*: & si eas *his* non præstiterit, (non si *venditor epulas dederit*,) quomodo unus ille teneatur. Nullibi etiam habetur, quòd ille qui epulas promiserat, *solus cum venditore contraxerit*. Et tamen sic etiam venditori non *cum eo tantum agendum* foret, sed quod ipse largitur *Cujacius*, etiam *posset agere cum reliquis*; & tutius ita ex unius facto, si vel maximè *cum hoc uno*, si vellet, *posset*, l. 44. § 1. d. *adil. ed. cum omnibus ageret*: l. 27. l. 82. *pro soc. l. 65. §. 4. Et 9. eod.* quod quidem ad actionem illam *ex vendito*, quæ in *textu* habetur, quippe *quæ non potest agi cum reliquis*, non pertinet: indeque ea non illa erit, quæ venditori *mercium*, sed quæ *sociis ex conventionem super epulis*, quæ extraneo unus ille tenebatur, competit. Quid etiam, quòd iidem qui *pro socio* agunt *cum uno illò*, non minùs agere debeant *cum eodem ex vendito*. (*Et pro socio Et ex vendita cum eo agendum est. d. l. 69.*) Id verò in *extraneum* venditorem, eamque *ex vendito actionem*, quam *ipse* habet, non congruit.

E 5 Et

um  
se  
di  
nti  
25  
tu  
seu  
, a  
Et  
am  
em  
nod  
ciò  
m  
s d.  
en  
nen  
ba  
rea  
ore  
de  
ppi  
one  
nt:  
atio  
cie



Et cum agendum esse *cum uno* velit *Ulpianus*, omnino non potest intelligi de eo casu, quò actio competeret extraneo, *etiam contra socios* reliquos; qui tamen exceptione utili, quòd nim. eos socius unus defendere debeat, iuvari queant. *arg. l. 33. d. pact. l. 20. §. 8. famil. erisc.* Denique nil juvat *Cujacium*, quòd nil quicquam appareat, quod uni illi *vendiderint* socii reliqui.

12. *Jo. Voëtius ad π. pro socio.* ait, socios convenisse cum uno, (cum quòdam scilicet non socio,) venditore epularum. Hunc ipsis teneri *ex vendito*. Sed quid hác ratione opus fuisset, *societatis* híc meminisse, & in *Tit. pro socio*; imò ἀλεψία hęc est: num enim *etiam* agi potest *pro socio*? ut *textus* habet, cum tali, qui non est socius. Quinam reliqui, si unus ille non est *ex ipsis*, sed solum est *ò deiva*, aliquis: & qui negotio implexus non est.

13. Tandem *Borgias Lib. V. Investigat. c. 4.* ipsum *Ulpianum*, nil tale merentem, redarguit, quando non esse híc venditionem, ait, *in expensis epularum*; potius actionem *ex pacto* dari debuisse, quàm *ex vendito*. Contrà, ubi *merx & pretium* est, ibi venditio.

Non



Non debuit epularum præstatio præcisè *Societatis* contractui *adjici*. Et si *ex intervallo* subsequuta est conventio de epulis, *in esse* Societati non potuit; quin imò per se *venditionem* confecit, cui demum pactum: *de dimittendo reliquos à negotio* (Societatis scilicet,) si epulas *is non præstaret*, adjectum est; atque hoc ad *dissolvendam Societatem* facere poterat,

## CAPUT VIII.

### Suppetiæ unicæ.

1. De venditione epularum; non aliâ, (nec de societate,) hîc disquiri.
2. Verba: *si eas eis non solverit*, partem formulæ emptionis constituere. Quod evincitur.
3. De cætero eundem ob societatem cæteris sociis *pro socio*, & ob mercium cõmitionem extraneo venditori *ex vendito* obstructum esse.
4. Hic unicè *Ulpianum* definire, quòd congrua sit huic casui, de epularum conventionem, actio ex vendito. Idque ex *Libro* ejus *XXXII. ad Edictum* non minùs colligi posse.
5. Nec solùm id velle *Ulpianum*, quòd actione illâ possit agi, sed quòd nullâ possit agi actione aliâ.
6. Ex vendito hîc esse idem quod emti actione experiri. Idq; satis probatur.
7. *Solvere* autem epulas, esse mercem in epulis *præstare*; quod venditoris est.

¶ Ut



**U**T igitur tot ac tantos fluctus componamus, quæ omnes hætenus inersæ sunt: hanc *unicam* supposito eamque *solam* rationem, quæ & rectitudini Juris nostri, & memoriæ *Ulpiani*, succurri queat. Supponit tantum societatem *Ulpianus*; sed de eâ *primò* non disquirat, verum de conventionem seu *emptione*, ad peragendum negotium *societatis* comparatâ, *epularum* scilicet.

2. Ejus hic tenor est: *ut unus reliquis nundinas, i. e. epulas, præstaret, eosque à negotio dimitteret, si eas eis non solverit.* Hæc enim verba postrema: *si eas eis non solverit.* non sunt verba extrâ conventionem; nec *eventum* ejus & factum, sed imò *partem formulæ emtionis*, continent: quod nemo omnium hætenus observavit; indeque omnes huic scopulo allisi naufragium fecere. Quin & cum *Ulpianus* hic ad *Edictum* commentetur, facilius assensum merebor, quando non verba illa, (quæ quidè exaranda pariter ab Editoribus *cursum* s. jacentibus *litteris* fuerant,) exprimere *factum*, quod in *Responsis* est frequentius, sed *formulam* con-

ven-



ventionis, existimo. Neque verò *Ulpianus* eventum quoque istum conventionis illius supponit, quasi socius ille epulas non præstitit; sed solum quâ *actione*, si fortè socii discedere à societate nollent, adversus eum agere, ex illâ conventionem, debeant.

3. Quanquam dubium quoque non sit, si vel maximè debitor seu *venditor epularum* dimittere (*v. l. 158. d. R. J. l. 4. pr. d. Decret. ab ord. fac.*) suò malò eos, si non præstitisset operas, ex societate teneatur: ipsum tamen ad hoc etiam quod interest, non præstitam fuisse *rem venditam*, (& quid si *pretium jam prænumeratum* fuisset,) conveniri posse; perdurante nihilominus adhuc etiam *ex negotiò coëmptionis* adv. eundem *pro socio*, & à *venditore mercium* adv. ipsum *venditi*, actione.

4. Quòd autem, in *Lib. XXXII. ad Edictum*, *Ulpianus* de variis speciebus, utrum ex eis actio emti venditi competeret, inquisiverit, illud colligo ex *dicti Lib. XXXII.* (suè autem *LXXXIII.*) *textibus* 19. ferè singulis, quos unà cum *L. 69. pro soc. in Pandectis* reperimus. Etenim in *l. 23. comm. divid.* de actionibus ambigua, & remotior qui-



quidem hinc, est disquisitio; nec non in *l. 2. d. condict. sine causâ*. Utrobique tamen etiam de actione *locati*, quæ *affinis* est maxime empti V. actioni, quæstio est. Sed in *l. 13. d. contrab. emt. ibi: ex vendito*. sic & in *l. 16. d. in diem addict. l. 4. d. L. Commissor. l. 4. d. H. A. V. l. 11. eod. l. 1. d. serv. export. l. 11. d. A. E. V. l. 13. 15. 17. 19. eod. l. 1. de estimat. act. l. 20. pr. P. V. l. 4. d. Evid. l. 37. eod.* in actionem *ex vendito* inquiritur. Post hæc *v. l. 187. d. V. S.* ubi de delegatione, & *l. 11. d. Compens.* ubi de pecuniâ: remotius uterque eò faciunt, & tamen ambiguum est, an *l. 11. ex Libr. XXXII.* deprompta sit. Sanè ad expositionem *l. 13. §. 8. d. A. E. V.* & *§. 19. cond. d. l. 187. d. V. S.*

5. Quà rat. oportet præcipuam fuisse curam *Ulpiani* in *d. l. 69.* circa actionem empti venditi, an illa ex conventionem eâ sociorum, quam pro E. V. ille habuit, cum epularum parario agi oporteat: & agendum eâ esse definit; non quòd possit eâ duntaxat agi, ut in *l. 14. d. tut. §. rat. distrab. l. 42. Locati. & l. 3. §. 5. Naut. Caup. stabul.* Sed quòd non agi possit aliter.

6. Quid




6. Quid autem, quòd is *venditor* epularum sit, adv. quem emptores non nisi *actione empti* agere poterant? Imò verò & *empti* agunt illi, non venditi; licèt *ex venditò* seu venditione: nam ita quoque *empti actione* in *l. 11. C. d. pactis. ex vendito* dicitur. Vicissim *ex empto* actio commune nomen est, & *empti actioni & venditi*: nam & in *l. 13. §. 25. d. A. E. V.* dicitur & *emptor* agere *ex empto*, & *venditor*. add. *l. 14. §. 1. Mandati. l. 58. d. Pact. l. 54. §. 1. d. evict. l. 23. Locati Cond. l. 9. §. 12. quib. mod. pign. vel hyp. solv. l. 12. §. 1. d. distract. pign. vel hyp. & c.* Facit eò *Gajus in l. 19. d. A. E. V.* ibi: *Veteres in emptione venditioneque appellationibus promiscuè utebantur.*

7. Solutio verò epularum hìc est *pretium* emptionis, quasi nihilominus ille debitor epularum ut *emptor* teneatur: nam & *solvimus* quodlibet quod debemus, *pro Instit. d. Obligat. l. 7. §. 2. in fin. pro emptore*, indeque hìc *epulas*, ut *mercem* venditam, cui pro eis *pecuniam* debebant, & imò jam *solverant*, aut ad *solvendum parati* erant, *focii* reliqui, *solvere* ipse debuit.



buit. Non utique *pecunia numerata* est,  
quod solvimus. Hinc *emptor* non potest  
dici protinus, qui *solvit*; utut nil aliud  
emptor in *pretium*, nisi *numeratam*  
*pecuniam* solvere possit.

S. D. G.





№ 3120

X 2644575

V017


est,  
teff  
liud  
z











B.I.G.

Farbkarte #13

NOV Æ  
E Æ QVE UNIC Æ  
COL. CHRISTOPH.  
LYNCKERI, JC.  
AD  
L. LXIX.  
PRO SOCIO.

SUPPETI Æ

JEN Æ,  
apud JOH. BIELKIUM.  
Literis VVERTHERIANIS,  
CIC IDC XCVII

